

Biblia Rcoia
tom i

AL

t v che le Queue
rep ōnee

SACRORVM BIBLIORVM TOMVS PRIMVS.

A 1

BIBLIA SACRA

Catalogo Inscrip.

HEBRAICE,
CHALDAICE,
GRÆCE, &
Latine

PIETATIS CONCORDIÆ. Isaiæ, II.

PHILIPPI II. REG. CATHOL. PIETATE,
ET STVDIO AD SACROSANCTÆ
ECCLESIÆ VSVM

CHRISTOPH. PLANTINVS EXCVD. ANTVERPIÆ.


STETITQVE REX SVPER GRADVM, ET FOEDVS PERCVSSIT CORAM DOMINO, VT AMBVLARENT POST DOMINVM; ET CVSTODIRENT PRAECEPTA EIVS, ET SVSCITARENT VERBA FOEDERIS HVIVS, QVAE SCRIPTA ERANT IN LIBRO ILLO. 4. REG. 23.
Postquā sederit Rex in solio suo describet sibi Deute
DPFSS PATRVM NOSTRORVM S
AVT GLADIO
AVT VERBO
PHILIPPO II. HISPANIAR. REGI CATHOLICO, QVOD RELIGIONEM EXPIANDAM, PIETATEMQ. INSTAVRANDĀ CVRAVERIT POS.
IOSIAE MONVMENTVM RENOVAT.
OB DELETOS ARVSPICES BAAL. 4. REG. 22.
OB TEMPLI SARTATECTA CVRATA. 4. REG. 22.


MVLTIFARIAM MVLTISQ. MODIS OLIM
DEVS AD PATRES LOCVTVS EST.
Hebr. 1.
ARCANI CONSILII APPARATIO.
1. Corinth. 10.
VERE DOMVS DEI ISTA
ET HÆC PORTA CÆLI.
Declaratio sermonum tuorum illuminat. Psal. 118.

BENEDICTI ARIÆ MONTANI HISPALENSIS IN SACRORVM BIBLIORVM QVADRILINGVIVM REGIAM EDITIONEM,

De diuinæ ſcripturæ dignitate, linguarum vſu & Catholici Regis conſilio,

PRÆFATIO.

INTER omnes cogitationum, conſiliorum, actionum, curarum, ſtudiorúmque rationes, quibus humanus animus in hac mortali vita teneri atque exerceri poteſt, nullum genus eſt quod vel naturæ ipſius magis proprium & conſentaneum, vel vtile ac neceſſarium magis, vel ad vitam inſtituendam commodius aptiúsque ſit, quàm certa & clara ſui ipſius cognitio, nec nõ vera ac perſpicua originis propriæ, & cauſſæ, quamobrẽ editus natúſq. fuerit, notitia, ac demũ omnium eorum, quæ vel ad ipſius dignitatem & amplitudinẽ facere, vel ad extremam felicitatem conducere ac pertinere poſſunt, exacta, optiméque ſubducta ratio. Omnibus enim naturis rerum quæ in mundo conditæ conſpiciuntur, finem quendam, & certum ac præſcriptum quoddam negocii actioníſque genus conſtitutũ eſſe conſtat. quod vbi rectè excultum præſtitúmque fuerit, ſuis vniuſcuiuſque partibus, dignitati ac perfectioni ſatisfactum eſſe exiſtimatur. Ad huiuſmodi autem rerum definitionem exempla illa pertinent, in quibus aues ad volatũ, equi ad curſũ, piſces ad frequentãdas aquas, dracones, & cete grandia, ad percurrendum mare, nata eſſe dicuntur: atque, vt altius etiam ſpectemus, nubes ad imbuendã imbribus terram, Solísq. temperandos æſtus, Sol, Luna atque aſtra ad dierum noctiúmq. viciſſitudines cõſtituendas, & ad gubernanda, fouenda, temperandáq. ea omnia quæ ſub cælo ſunt corpora, atque adeò ad orbem terra-

Iob. *Pſ. 113.* *Gene. 1.* *Pſ. 113.*

rum perluſtrandum conſtituta eſſe, vel vſu ipſo comprobantur. Quanquam verò non omnia hæc, quæ cõmemorauimus, rerũ genera, munerũ & officiorum ſuorũ perfectam cognitionem ſortita ſunt, nihilominus tamen impoſitas ſibi à natura partes, adeò apto & certo curſu, adeò decenti atque eleganti dexteritate ſingula trã-ſigunt, vt perfectiſsimæ cuiuſdam cognitionis ac perſpiciẽtiæ rationem præeuntem ſequi videantur: atque illud certè conſtanti & definita agendi ratione probent, ſapientiſsimam & prouidentiſsimam mentem quandam principem eſſe, cuius nutũ pene intueri, & arbitrium reuereri videantur, conſiliúmq. tantò aptius ac diligentius exequantur ſingula, quantò digniores partes altiorémque naturæ locum ſortita ſunt. Etenim ſi, à primis rerum elemẽtis initio ducto, omnia earum naturarum, quæ ex illis conſtant, loca vſque ad cælum, cælorúmque ignes, atque luces percurramus, nullum profectò reperietur genus, quod, tametſi ſenſus & cognitionis participem naturam non obtineat, iis tamen qui id ſentire & cognoſcere poſſunt, non manifeſtè arguat & probet, quicquid ab ipſis fit, non alienũ eſſe à ratione, ordine & conſilio cuiuſdam omnium rerum gubernatricis mentis, quam Deum appellamus: cuius numen omnia aſsiduo, apto, & perpetuo obſequio reuerentur, efficientia obſeruant, ac pro voce & eloquio, muneribus ſuis certiſsimè & aptiſsimè exequendis, laudant: ſicut ſcriptum eſt: Benedicite omnia opera Domini, Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

OMNIVM autem rerum quæ ſub primo cælo conditæ conſpiciuntur, hominem præſtantiſsimã naturam ſortitum eſſe, ipſa rationum, cauſſarum, efficientiarum & pulchritudinis ſingulorũ generũ, ſapienter obſeruata & collata dignitas apertiſsimè comprobat. cæterarum quippe naturæ formarum ſingulæ, vniuerſi mundi partem aliquam obtinere & tueri, nonnulláque cum aliis cognatione & ſimilitudine coniunctæ, rurſus etiam diuiſæ & propria muneris & actionis virtute inter ſe diſtinctæ obſeruantur. Vna autem hominis natura cæterarum perfectionibus omnium,

dignitate,

dignitate, pulchritudine, virtute, habilitate, & aptitudine adeò antecellit, vt nihil egregii in cæteris inueniatur, cuius ille virtutem & viuam imaginem magna ex parte in ſe agnoſcendam non oſtendat: neque inferiores tantùm ſpecies rerum exprimat, ſed mentis vi & rationis, (cuius eſt præcipuè particeps) ipſum optimum atq. maximum Deum, cognatione ferè quadam, aut certè illuſtriſsima & præſtantiſsima ſimilitudine attingat, quandamq. in ſe vniuerſi veluti ſummam vel reipſa habeat, vel ſpecie referat. Quamobrem ab iis qui ſapienti iudicio rerum dignitatem atque virtutem æſtimauerunt, homo ipſe μικρόκοσμος eſt appellatus. Hinc autem illud apertè conſequi videtur, vt cùm omnes aliæ res munus aliquod, in quo verſentur, quódque efficiant, atque propriũ & certum finem, quò peruenire contendant, propoſitum habeãt, eóque præſtantiorem, quò vnaquæque digniores naturæ partes fuerit ſortita; neceſſe ſit vt homini quoque ſuus ſit finis conſtitutus, quò propriarum actionum, totiúsque vitæ dirigatur vſus, & ſuum etiam negocii & muneris præcipuè obeundi genus definitum; ídque adeo pro naturæ ac dignitatis ſuæ ratione, cæterorum infra ſe omnium præſtantiſsimum ſtatuatur.

QVONIAM verò in hominis natura ſingularẽ ac præcipuam quandam virtutem, qua cætera omnia animantiũ genera carent, eámq. vltra agendi facultatem ad conſequendum proprium finem vim quandam eſſe cõſtat, qua finis ipſe, atque eæ res, quæ ad eũ maximè faciunt, cognoſci & optari; eæ etiam quæ nõ aptæ, aut incõmodæ iudicãtur, dignoſci, vitari, ac reiici poſsunt; cúmque huiuſmodi in ipſo virtus vt præſtantiſsima, puriſsima, atq. efficaciſsima, ita præcipuè propria ſit: conſentaneũ maximè fuerit, omnes vitæ actionúmque rationes, huius tantæ virtutis, vbi facultas arbitriúmq. per ætatem acceſſerit, vſu exercitationéq. inſtituere, atque hoc modo, tam admirabili dignitati reſpondere, ſibíque conſtare, ac nobili & probato curſu ad optatum exitum peruenire. Itaque homini non ſolùm iter ſuum diligenter facere, ſed vnde initium, quæ viæ ratio, quis modus, & quis tãdem ſit finis, quænam

nam bene confecti itineris gloria conſtet, imprimis cognoſcere, exploratúmq. habere maximè conuenit. Verùm enimuerò communis cuiuſdam humanæ naturæ hoſtis & aduerſarii infenſiſsimi callida excogitatáque malitia & opera accidit, vt hæc tam propria & neceſſaria, quam indicauimus, in hominibus notitia perturbata fuerit; vt, poſtquam homo de proprio illuſtri & celſo ſtatu conuulſus, déque adiunctis vltra naturalem facultatem ex diuina gratia magnarum dotum præſidiis deiectus in eum locum, quem nunc tenet, miſerè deuenit, ſi tantùm homo & nullo præterea maiori auxilio inſtructus, nullo ſuperiori duce vſus, nulla maiori luce illuſtratus fuerit, quamuis multum cogitet, coniectet, atque exerceatur, nunquam tamen tantum cogitatione & notitia conſequatur, vt maxima & copioſiſsima pars earum rerum quas cognouerit & explorauerit, cum minima earum, quas ignorat, portione conferri compararíq. poſsit (vt de aliarum etiam virtutum damno in illa prima ruina accepto nihil impræſentiarũ dicamus) ita vt poſt multum ſtudium, multámque operam adhibitam, tamen in plurimis rebus atque rationibus, quas ſibi notas exploratáſque eſſe arbitretur, falli, labi, atque errare tandem deprehendatur. Quanquã enim humana mens veri inueniendi & cognoſcendi auida & capax natura ſua, atque adeò inuenti amantiſsima ſit: quòd tamen ad illius inuentionem ratiocinatione plerunque vta-
Gen. 3. tur; ſæpenumero accidit ex permixta boni & mali, qua prædituſ eſt, cognitione, atq. ex communis aduerſarii artibus & dolis, vt aut in ipſo ratiocinandi vſu, vel malè explicandis initiis, vel perperã ineunda ratione, decipiatur. Aliquando enim falſa pro veris, incerta pro certis admittuntur, ex quibus nihil verum, nihílve certum deduci queat: & tametſi maximè certa atque explorata principia ſint; tamen quòd cum propoſiti & quæſiti generis ratione non cohæreant, totam argumentationem labefactant. Quòd ſi hanc cognitionis primam lucem turbatam & obſcuratam eſſe contingat, cæteram omnem actionem & vitæ hinc inſtituendæ viam vel peruerſam, vel certè ancipitem, atque dubiam fore neceſſe

ceſſe eſt: maximè quòd certa quædam vis grauiſsimi ponderis in hominum membris ſentiatur, quæ in deteriorem plerunque partem agentes impellat, atque ſpreto mentis iudicio & conſilio ad ſenſuum & appetitus obſequium trahat, & quæ maximo conatu ſuſcipi, ſummóque ſtudio curari atque effici oportuerat, ea vel negligere, vel leuiſsimè curare; quæ verò cõtemni, deſpici, ac vitari par fuerat, ea diligentiſsimè & ſtudioſiſsimè capeſſere atq. appoſitiſsimè agere & conficere penè cogat, adeò vt vnã hãc ex grauiſſimis & moleſtiſsimis hominũ miſeriis D. Paulus apertè docuerit.

QVAM quidem ob rem nonnulli olim magno iudicio præditi viri cùm intellexiſſent quantum ad actionum humanarum rectè iacienda fundamenta, atque abſoluenda etiam incœpta referret, à neceſſariarum rerum notitia, atque ipſius hominis originis & finis cõſtitutione rationem inſtituere, ad ſuam vtilitatem aliorúmque doctrinam, quantum aſsidua meditatione & contẽto ſtudio inuenire in hoc genere potuerũt, inueſtigare & cõſequi conati ſunt; quæ verò inuenta ab ipſis eſſent, tum ſermone cũ ſuæ ætatis hominibus, tum ſcriptis etiam, cum poſteritate communicarunt, multáque reliquerunt præcepta atque inſtituta, non ſolùm ad rerum cauſſarúmq. cognitionẽ, ſed ad rectam ſtudiorum & officiorum inſtitutionem capiendam, certúmq. ſtatuendum finem, quem ipſi beatitatem vel felicitatẽ appellauêre. Atque ex hoc loco nata eſt illa humanæ vitæ inſtitutrix diſciplinæ pars, quæ Philoſophia dicitur; atque ea, triplici partitione, in naturæ, morum, diuinarúmque rerum contemplationem diducitur.

ATVERO quòd hi quos indicauimus auctores homines, hoc eſt eadem cũ cæteris, poſt naturæ lapſum, imbecillitatis & ignorantiæ cõditione, fuere, eundémq. verorum bonorum in omni genere detrectatorem ſortiti ſunt cõmunem illũ humano generi inimicũ, (cuius ea mens, íſq. animus perpetuò fuit, vt iis maiori ſtudio, maioríq. contentione, callidiore dolo ac fraude inſidietur, qui quidẽ à vulgo ſeparari, cæterísq. hominibus bonorũ ſtudio & vſu anteire conantur;) his, inquã, de cauſis effectum fuiſſe depre-

deprehenſum eſt, vt pleriq. omnes tum in hominis ipſius natura, & origine, ac finibus cognoſcendis, tum in vitæ præceptis, & inſtitutis tradendis à certa veritatis via non leuiter aberrauerint, ac pro priuati vel conſilii, vel ſtudii ratione ſuos vnuſquiſque bonorum fines variè ſtatuerit; illis autem, ita in varias diuerſásque ſectas & familias diductis, accidit, vt veritatis inueniendæ ſemitæ tunc fortaſſe magis, quàm antea, obſcuræ, turbatæ, incertæque reditæ ſint: deinde verò plerique ſic in hoc diſquirendi genere priores ſunt ſecuti, vt iam non tam ſapientiæ, quàm contentionis, & obtrectationis, priuatæque gloriæ ſtudio aliorũ excogitata & inuenta opprimerent & perturbarent. Atque hoc vnum ex callidiſſimis & optatiſsimis aduerſarii noſtri commentis fuit, qui huiuſmodi propriæ ſententiæ in hominibus cognito ſtudio vſus, diſcordias & contentiones induxit, quibus ea etiam impediret & opprimeret, quæ communi, concordíque ſtudio & opera in cognoſcendæ veritatis ratione inueniri potuiſſent: quæ tametſi nec plurima, nec valde etiam exacta fortaſſe fuiſſent; iis tamen, quæ inuenta ſunt, plura & meliora experiri contigiſſet.

QVANQVAM verò nonnulli ex illis minus etiam quàm cæteri aberrantes, in veri inueniendi ſtudio tempus operámque non malè poſuiſſe, meliúsque cæteris inuenta iudicaſſe, atq. morũ, officiorúmq. humanorum commoda præcepta tradidiſſe videantur: tamen in maximarum & vtiliſsimarum rerum inuẽtione ac definitione vel nimium à veritate deuiauêre, vel quò intenderant, longiſsimo interuallo non peruenerunt: itaque parum etiã iſti ſuis laboribus attulêre adiumenti ad eam rem, quam hominis natura maximè requirebat, hoc eſt ad propriam originẽ, certúmque finem cognoſcendum, atque actiones, ſtudiáque ſua certis rationibus ad propoſitam ſibi metam exoptatamq. beatitudinem referenda. Etenim in iis ſcriptis, quæ vel huiuſmodi auctoribus edita extant, vel aliis lecta referuntur, manifeſtò apparet, quanta naturæ atque originis hominum, eorúmq. auctoris & conditoris, & cauſſarum mundi primarum ignoratio fuerit, quàm parum

aut

aut potius nihil prorſus de animorum natura & dignitate ab iis cognitũ. Quis enim in illorũ ſcriptis hoc non videt, nimirum qua ratione omnino latens obſcuráq. humanæ infirmitatis, imperfectionis, ſiue, vt ita dicamus, nequitiæ cauſſa eſt, eadem quoq. certũ ac verũ huiuſmodi vitii remediũ non ſolùm nõ adhibitum, ſed neq. vel ab ipſis ſapiẽtiſsimis ac perſpicaciſsimi ingenii hominibus inuentũ, nec excogitatum fuiſſe: vt etiam obſcurè, ieiunè, & ambiguè de animorũ immortalitate diſputatũ ſit? adeò vt maxima huiuſcemodi rerum & argumentorũ pars, ab iis, qui acutiſsimi, ſubtiliſsimíq. habiti fuêre, vel ſublata omnino atq. negata, vel indigniſsimè tractata fuerit. quanuis enim illorũ, in hoc genere, ſentẽtias defendere, affirmare atq. exponere nõnulli ex iis, qui eorũ ſectas ſequebãtur, conati poſtea ſint: illo tamẽ labore & ſtudio prorſus inutili, quid, obſecro, aliud præſtiterũt, quàm vt à magiſtris falſò tradita, ſuis ſuffragiis obſcurè, inſulsè, inepté ac ambiguè confirmarent? Iam verò de corporũ reſurrectione quis vnquã ex iſtis quicquam, non dicam, affirmauit, ſed vel ſomniauit, vel emendicata aliqua voce ſignificauit? Profectò, ſi humanorum ingeniorum inuenta, monumentáque à principio repetamus, diligentiſſiméque euoluamus, nihil certum exploratúmque magis ex diuturna lectione & interpretatione emerget, quàm vt intelligamus, veritatem plurimis & maximi momenti rebus, vel humanæ mentis imbecillitate, vel aduerſarii opera, vel indagatorum ambitione & contentione, occultatã; in cæteris verò vel obſcuratã & celatã fuiſſe, vel rariſsimè nudã & ſimplicem apparuiſſe: quã ſi nonnunquam extitiſſe quibuſdam in locis concedamus; tamẽ varia & fallaci, inani & ambigua fabularũ ſpecie inuolutam, vel tantis quæſtionũ, argumentationũ & artificiorũ difficultatibus implicitã, vt non magis ferè prodeſſe ita traditã, quàm omnino deſideratã affirmare poſsimus. Hac itaq. ratione, quarum rerum cognitio planè erat neceſſaria, earum, inquam, cognoſcendarum via hominibus fermè occluſa fuerat, rurſúſq. mille errorum ſemitæ iam patebãt, quibus alii aliter ingreſsi proprium exitium miſerè ſubibant.

Plato.

Lucian. de veritate.

VERVM

VERVM enimuerò benigniſsimus & clementiſsimus Deus, qui hominum genus maximi boni atque honoris cauſſa à ſe vltro creatum atq. editum, eiuſdem miſericordiæ & propoſiti conſtãtia prouehere, amplificare & beare deſtinarat, magna ad eam rem atq. abdita conſilia ſapientiſsimè à ſe inita, quoad rem totã perfecit, ſuis temporibus eſt executus: ex quibus vnum illud fuit, vt, qua tempeſtate vera diuinarum humanarúmq. rerum cognitio, maxima errorum, fabularum & idololatriæ confuſione, & obſcuriſsima caligine detentis hominũ mentibus, tegebatur, clariſsima & ſuauiſsima verbi ſui lux, fideliſsimorum miniſtrorum operæ ac diligentiæ credita, tandem mundo illuceſceret, eadémque propria voce hominibus clariſsimè audita, miraculis, portentis, ſignis, & Spirituſſancti varia diſtributione, ac demum grauiſsimis in obtrectatores & contumaces animaduerſionibus comprobata confirmaretur. *Heb. 2.*

DIVINVM hoc in homines beneficium adeò magnum, adeóq. admirabile eſſe intelligimus, vt ſi pro dignitate æſtimare ac prædicare velimus, vltra præfationis modũ ad immenſum conſcribendum librum tranſire cogamur; nec tamen multo tempore, magno labore, omnibúsq. ingenii conſumptis viribus vel minimã quidem eius laudum partem attingere poſsimus. Siquidẽ nemo hominum adeò celeri & exercitata lingua eſt, vt ea excipere atque explicare valeat, quæ de diuini verbi dignitate atque vſu cogitare humana poteſt mens: nemo præterea tantùm mente atq. ingenio pollet, vt huius tantæ rei magnitudinẽ atque præſtãtiam, non dicam conſequi & exæquare, ſed aſſequi cogitatione poſsit.

HOC enim ſacrum verbum à diuinæ ſapientiæ conſilio & auctoritate profectum, veritas ipſa eſt, quæ breuibus librorũ voluminibus, inexhauſtos diuinarum & humanarũ rerum cognitionis theſauros continet, in quibus, quæ hominibus & cognitu digniſsima & vtiliſs. facillimáq. ſunt, & quædã maximi etiã momẽti, quæ prouectioribus & ſanctioribus aperiri ſolẽt, myſteria cõtinentur. Hæc lux eſt quæ humanã illuſtrans mentẽ, omniũ neceſſariarum

rerum

rerum veritatem docet: hæc animos ad difficile virtutis iter ſtrenuè ac ſtudiosè capeſſendum incitat atque accendit: hæc ad doctrinarum, diſciplinarum, atque artium omnium rationes examinandas, veráque à falſis, & honeſta à turpibus diſcernenda, iudicium illuſtrat & informat. Hoc etiam verbum fundamentum iacit veritatis, & certitudinis earum omnium rerum quas humana mens confingere rectè poteſt. Hoc demum rationum omnium, quas hominibus ſubductas eſſe oporteat & expediat, integram ſummam præfinit. Nam quid mundus, quid homines, quod eorum initium, cuiuſmodi natura & partes, quis omnium auctor ac moderator, quæ nam cauſſa ſit quamobrẽ editi fuerint, quis vitæ finis, quis vſus ac modus, quæ veri boni inueniẽdi ratio, & quæ eius conſequendi & obtinendi via certiſsima ſit, apertè docet: errorum præterea & deceptionis incommodorúmque pericula & diſcrimina quàm multa & varia ſint, commonet: quo auctore illa, quibus artibus, viribus & conatu creentur, ſignificat. Præterea malorum omnium expulſorem, & bonorum auctorem Deum Chriſto filio eius pontifice & conciliatore oſtendit, ac totum humanæ ſalutis, tum ab ipſo afferendæ, tum hominibus ipſis obtinendæ conſilium negotiúmque exponit. Denique tum breues definitiones, tum longas & apertas explicationes; adhæc viarũ atq. ſemitarum, quas in omni vitæ parte rectè obeunda maximè noſſe, inire expediat ac tenere, declarat: præterea difficultatum, incommoditatum, & offenſionum ac detrimentorum, quæ accidere poſſent, omnium cauſſas; qua ratione euitari, effugi vel corrigi ea poſsint, qua in omni tẽpeſtate & procella arte inſtrui deceat; quẽ in toto vitæ curriculo modum tenere; quæ ſigna & præcepta obſeruare oporteat, donec tutus & trãquillus teneatur portus, apertè demonſtrat. Summas profectò & diuinas laudes, vario & multiplici argumentorũ genere refertas, huius ſacroſancti verbi legitimi, & à Spiritu ſancto comprobati, miniſtri ac interpretes colligere diligenter ſunt conati, quas tamen oratione complecti non potuerunt, vt & res ipſa docuit, & ipſi vltrò confeſsi ſunt.

At verò omnes ingenii & animi vires in eam rem direxerũt, vt huius diuini verbi vtiliſsimum, & ad vitam omnem inſtituendam atque felicitatem inueniendam oportuniſsimum ſtudium mortalibus commendarent.

DVAE autem verbi huius partes communi & notiſsimo diuiſionis vſu habẽtur ab vno eodémq. diuino ſpiritu, vnico cõſilio, hoc eſt, humanæ ſalutis cauſa profectæ; pro temporũ verò ac miniſtrorũ rationibus, & efficientia, atq. vſu diſtinctæ. quarũ alterã Vetus, alterã Nouũ teſtamentũ dicimus. Illa legem cõplectitur, quam ſcriptã vocant, cum vaticiniis, & expoſitionibus, cúmq. alterius partis, hoc eſt, noui teſtamenti prophetiis quæ Chriſtum illius miniſtrum prædicant: Hæc legem, quam gratiæ appellamus, Euangelio & cæteris, ex eo deductis, voluminibus explicatam
Pſ.118. demonſtrat. Altera lucerna eſt, quæ mortalium pedibus adhibita, ſemitas vitæ illuſtrat, & ad clariorem expectandã lucẽ excitat. Altera lumẽ eſt etiam ad mentes interius illuſtrandas aptiſsimum & cõmodiſsimũ, quo lumine clarius ea omnia, quæ maximè hominibus noſſe expedit, ipſis innoteſcunt, in quos expeditiora Spiritus ſancti dona promiſſa cõferuntur, cuius efficiẽtia vtriusq. teſtamẽti myſteria cognoſci, ac re ipſa cõprobari poſsunt, propter egregiã quandam virtutẽ, quã in ſeipſis ex diuino beneficio experiri fideles noui teſtamẽti cultores poſſunt, qui quidẽ id in cordibus conſcriptũ agnoſcũt, quod antea lapidibus inciſum legebãt. Ex quo fit, vt magis inflammentur, vehementioríque teneantur ſtudio earum rerum quas melius iam norunt, & beneficii, quod à diuino hoc verbo acceperũt, magnitudinem apertiùs intelligant.

Iob. MAXIMVM quidẽ & nullis laudibus æquandũ, nullo precio æſtimandũ cæleſtis illius veteris teſtamẽti doctrinæ, tum verbis, tum verò etiã ſcriptis ſibi creditæ, munus veteres eſſe exiſtimarunt, ídque perpetuis laudibus celebrarunt, & ſummopere commendarunt. Sed qui alteram partem, priori quidem illa maiorem, adepti ſunt, multò maiori admiratione perpetuáq. gratulatione, diuinũ verbũ, totis viribus & cõtento quodã ſtudio, celebrarunt; vtpote

vt pote qui non ſementis tantùm participes, ſed meſſe etiam & fructibus maximè aucti euaſiſſent. Huius admirandi beneficii verbi Dei rectæ ac piæ mentis homines, concepta atque amplificata ex diuinæ gratiæ muneribus fide, & Chriſti liberatoris myſteriis imbuti, ac ſalutis veræ animati ſpe, totius ætatis agendæ viam certam, concinnatámque obtinebunt, atque ad ſtudia rectè vtilitérque ſibi paranda, actionéſque omnes peroptato exitu concludendas, ineundi conſilii commodiſsima facultate vtentur. huiuſmodi namque ſtudium magnas & oportunas prudentiæ ac ſapientiæ rationes ſuppeditat, & quid petendum, quid fugiendum ſit, apertè declarat, certa quoque ac neceſſaria præcepta præbet, quibus in omnes partes vſus vitæ confirmari poteſt. Præcipuè verò id euenit, quòd diuinam gratiam atque beneuolentiam ad omne ſapienter inſtitutum opus prompto auxilio, ſubſidióque conciliat: ſicut in plurimis diuinorum librorum locis apertè eſt promiſſum: ex quibus ille eſt: Et erit tanquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo: & folium eius non defluet, & omnia quæcunque fecerit proſperabuntur. Quoniam nouit Dominus viam iuſtorum. Atque hæc quidem res, plurimis iiſque apertiſsimis tam priuatè quàm publicè editis exemplis, in orbe terrarum, ac gentibus omnibus confirmata eſt. Scimus enim eas vel perſonas, vel familias, vel integras etiam Reſpublicas, quæ Chriſto, eiúſque Eccleſiæ nomen dederant, atque huius verbi præceptis & inſtitutis gubernatæ fuerant, ſub diuina tutela & præſidio magnopere floruiſſe. contrà verò florentiſsimas Reſpublicas, & antiquis & noſtris ſeculis ab Eccleſiæ communione ac dignitate diſcedentes, ob repulſum diuinum verbum grauiſsimis caſibus intercidiſſe, vt Apoſtolus teſtatur: Qui per Angelos dictus eſt ſermo, firmus factus eſt, & omnis præuaricatio & inobedientia iuſtam habuit mercedis retributionem. Atq. huius ſacræ diſciplinæ vtiliſsimũ & maximè neceſſariũ, aptiſsimũq. ſtudiũ iis penes quos rerũ ſumma eſt, Regibus, Principibus

Pſal. 1.

Heb. 2.

Magiſtratibúsque ſummopere commendatur; eiuſdémque obſeruantia & cultus in publicis & priuatis obeũdis rectéq. gerendis negotiis proponitur, ſicut de Iſraelitis regibus, quos pietatis ſtudio atq. etiam diuinæ diſciplinæ auſcultatione à Chriſtianis ſuperari oportet, ſcriptum eſt: Poſtquam autem ſederit Rex in ſolio
Deut.17. regni ſui, deſcribet ſibi Deuteronomiũ Legis huius in volumine,
» accipiens exemplar à ſacerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit ſe-
» cum, legetqúe illud omnibus diebus vitæ ſuæ, vt diſcat timere
» Dominum Deum ſuum, & cuſtodire verba & ceremonias eius,
» quæ in Lege præcepta ſunt. Ob huiuſmodi igitur & complures a-
» lias cauſſas, quas enumerare & referre longum ſit, & ab inſtituto noſtro alienum, hic diuinæ doctrinæ theſaurus antiquis gentibus & populis, quibus aliquando cognitus eſt, maximo in precio habitus, ſummóque ſtudio optatus, & ſumma religione obſeruatus atque cultus; & cum iis, apud quos deſiderabatur, ſtudiosè ac benignè communicatus eſt: atque ita ſumma diligentia & optima fide (quoad fieri potuit) ex iis linguis, quibus primùm conſcriptus ac editus fuerat, in alias pluribus gentibus familiares, ad publicam vtilitatem, fuit tranſlatus.

NVLLVM quamuis maximum laborem, nullum vel effuſiſsimum ſumptum, ad ſacras literas intelligendas & cũ iis qui cuperent communicandas, non ſuſcipiendum, ſuſtinendum, atque impendendum, & veteres olim cenſuêre, & ii nunc etiam cenſent, quibus eximia ipſarum præſtantia, & inſignis fructus, qui ex iis percipitur, cognitus ac perſpectus eſt. Ideóq. fuêre permulti, qui cùm illos patrio ac familiari ſermone redditos legere ac tractare nondum ſatis eſſe exiſtimarent, peregrinas linguas, quibus dictatos olim, & conſcriptos, vel exactiùs expoſitos acceperant, ſumma cura, aſsiduáque diligentia didicêre, fontéſq. ipſos inſignis vtilitatis opinione & ſpe cõcepta, adiêre: quos nullius profectò, in hac re, impenſæ & operæ vnquam pœnituiſſe, imò omnes pro ſuo vnumquemque labore magnum operæ pretium ex ea re percepiſſe, & percepturos eos qui ſe imitarẽtur, prædicaſſe & cõfirmaſſe

firmaſſe conſtat. Atque ad hanc rationem pertinet ſtudioſa illa, & diligens, ac multis locis apud antiquos Eccleſiaſticos auctores obſeruata laus & commendatio linguarum Hebraicæ, Chaldaicæ, ac Græcæ; quæ partim originales (vt ita dicam) partim ad originalium interpretationem & explicationem commodiſsimè præ cæteris referuntur. neque verò earum linguarum periti ſolùm, verùm etiam qui eas nondum deguſtarunt, rem ipſam non ex proprio affectu, ſed ex veritate & ratione æſtimantes, & vtiliter, & (penè dixerim) neceſsariò addiſci eas & ſciri debere ſuis teſtimoniis comprobarunt: quippe in quibus ſacri libri olim conſcripti, ac traditi, & ad noſtra vſq. tempora ſunt conſeruati: & ex quibus duæ genuinæ, ſiue originales ſunt; veteris quidem teſtamenti, Hebraica; noui verò, aut omni, aut certè maiori ex parte Græca: id quod vltra communem ſcriptorum omnium ſententiam à nobis etiam ſuo loco oportunè demonſtrabitur.

Conc. Flo rent.

Auguſt. de doct. Chriſt.

AT VERO infenſiſſimus ille & ſempiternus humani generis hoſtis, ac diuinæ gloriæ aduerſarius impudentiſsimus, qui ſacros cæleſtis verbi libros, non ſolùm ad humanæ felicitatis rationes cõſtituendas, ſed ad ſuam ipſius malitiam & fraudem detegendam, immanitatem & crudelitatem euitandam & contemnendam, etiam aptiſsimum, oportuniſsimúmque inſtrumentum eſſe cognouerat (vtpote quibus rerum omnium, quæ hominibus maximè expediunt, cognoſcendarum integra continetur ſumma) omni aſtu, & calliditate, omni ingenio, & totis viribus illud præter cætera molitus eſt, vt hãc tam commodam hominum generi, támque ſibi, conſiliis, ſtudiísque ſuis incommodam, imò prorſus aduerſariam diuinorum beneficiorum rationem, homines ipſi vel omnino ignorarent, vel ſecus quàm oportebat, atque decebat, vſurparent: namque eos ex vtriuſque vitii cauſſa maximis tanti illius boni commoditatibus carituros eſſe intellexerat. Quanquam verò complures artes, modósque tentauerit, vt hominibus tanti boni vſum interturbaret; hæc duo tamen inter cætera potiſsimùm ſpectauit, vt ſcilicet omni conſilio, indu-

ſtria, ingenio, conatu & labore cui ad hanc vſq. diem nõ pepercit, efficeret vt diuini verbi notitia, fides, & vſus prorſus de terrarum orbe adimeretur, & illius vtilitati paulatim ab hominibus neglectæ (quod mox in promptu eſt) in tantæ lucis locum, denſiſſimæ caliginis, & ignorantiæ tenebræ ſuccederent: quibus obſiti homines in varios errores, & grauiſſ. pericula deducerentur: vt
Pſal.119. ſcriptum eſt: Maledicti qui declinant à mandatis tuis: Et, Longè
„à peccatoribus ſalus, quia iuſtificationes tuas non exquiſierunt. Etenim ſimulac hoſtis ille diuinum verbum in eum neglectionis locum, apud homines deducere potuit, quàm certam ipſis miſeriam, quantas calamitates importarit, Ioſiæ regis ætatem mox conſecuta tempora apertè ſatis declarauêre.

ALTERVM verò conſilium quod aduerſarius inſtituit, vt cùm diuinum verbum labefactare, & ex orbe terrarum penitus excludere non poſſet: id enim in æternum duraturum omnino eſſe & audierat, & non ſine dolore cognouerat: (ſcriptũ eſt enim: In æternum, Domine, verbum tuum permanet in cælo) hoc eſt,
Pſal.119. vt ſcilicet, illud ſaltem curaret, vt ſeſe ipſius verbi interpretem, atque explicatorem præberet, ſuæqúe in ea re diligentiæ vicarios ſupponeret miniſtros mendaces quãplurimos, quos ſuo ipſius ſpiritu actos, ſacrorum librorum interpretationem, cum veritate ipſa ac Spiritus ſancti ſententia & conſilio omnino pugnantem, ſuſcipere atq. aggredi cogeret. Perſpiciebat enim idem omnino detrimentum, ſimilémque miſeriam ferè hominibus, ex vtróuis commento afferri: eoſdem enim ferè exitus habet, ſi quis medicina vel non vtatur omnino, vel abutatur. Curauit itaque hominibus perſuadere, primùm, ipſorum res citra diuinum verbum aliis modis, rationibúsq. geri & adminiſtrari commodiſsimè poſſe. Atq. hoc errore gentes olim cunctas & eos omnes qui infideles appellantur, obcæcauit: in quem errorem tamen cùm omnes homines inducere non potuerit, eorum mentibus ſaltẽ tenebras infundere conatus eſt, vt à veritate, & ſimplici, ac genuina ſententia & ratione deductos, vel inutiles & pueriles diuini verbi interpretationes, vel

falſas,

falſas, impias, erroribus fallaciísque refertas, aut ob varias & inter ſe pugnantes commentationes, planè confuſas definitiones obtruderet. Atque adeò inſitum ſibi huiuſmodi propoſitum fuiſſe, ipſe manifeſtis exemplis, in aſtutiſsima & callidiſſima illa tentatione, à Chriſto Domino, ad vtilitatem, eruditionem, diſciplinámque noſtram perlata, & ſuperata, declarauit. Initio enim nulla diuini verbi mentione facta, humanis rationibus & ſubtiliſſimis argumentis experiri atq. agere cũ illo cœpit: quæ cùm diuini verbi auctoritate, à propugnãte Chriſto, excipi, retundi ac diſſici videret; alteram à ſe iam diu munitam, ac ſæpius probatã inſtituit viam. magiſtrũ itaque cùm ageret, diuini verbi auctoritate, non ex germana ſententia, ſed ex ſua calliditate & fallacia expoſiti, abuſus eſt.

OMNIA in vniuerſum ab illo, ad intercipiendum hominibus diuini verbi fructum, & commenta, & conſilia, ex huiuſmodi capitibus, alterum reſpiciunt. Sacrarum enim Scripturarũ ſtudium, ſimplicis & parum ingenioſæ operæ falſa notatione, neglectũ aliquando fuiſſe, quòd ornamentis & ſubtilitatibus minimè decoratũ videatur, quas quidẽ in Philoſophica exercitatione inueniri quidã putant, apud quãplures ex iis qui elegantiores literas excolũt, ſæpius deprehẽdimus. deinde etiam in ſcholis & locis publicis, in quibus ſapientia coli dicitur, aut nullas, aut certè poſtremas partes, diuinũ verbũ, quorundã hominũ iudicio obtinuiſſe; quoſdam etiam ab eo, obſcuritatis & maximæ difficultatis opinione concepta, abhorruiſſe obſeruauimus: ab aliis verò facilitatis, & perſpicuitatis, ac nullius omnino negocii perſuaſione, id in quo multũ & temporis & laboris conſumi oporteret, indignũ habitũ eſſe vidimus. præterea multorũ animis eam opinionem inſediſſe intelleximus, vt, ſcilicet, antiquarũ linguarũ ad ſacras literas referendum ſtudium, vel nocens & improbandum, vel ſuperuacaneum & inutile à pleriſque exiſtimatum ſit. (neque verò hic vllã ſtudioſorum vel conditionem vel claſſem notamus, ſed quorundam hominum indicamus ſententias.) Cætera porrò commenta

quæ in

quæ in hoc genere frequenter audita lectáque ſunt, eò tendunt & ſpectant omnia, vt diuini verbi imminuta æſtimatione, eius quoq. ſtudium paulatim remiſſum tandẽ negligatur: ídq. excogitatis argumentis agitur; quæ cùm primo quidẽ aſpectu quandã aut ingenii, aut zeli atque ſtudii ſpeciem habere videantur, reipſa tamen inania ſunt, & eorum, à quibus producuntur, vel veri ignorationem, vel priuatam tantùm ambitionem, æmulationem, contentionémq. arguunt. Illud enim (vt iam alia omittamus) exẽplis omnibus eſt abundè demõſtratum, huiuſmodi homines, qui aut diuinorũ librorum dignitati, aut linguarum, in quibus illi conſcripti fuerant, vtilitati & ſtudiis obtrectauêre, eiuſmodi artium & rerum, de quibus ſententiam ferebant, ignaros prorſus atque expertes fuiſſe, non intelligentes (vt D. Pauli vtamur verbis) quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. 1. Timot. 1.

RVRSVS autem alteram etiam nocendi ſequutus viam, maxima quoque hominibus intulit detrimenta, dum cuiuſdam, ſacræ ſcripturæ legendæ vehementis ſtudii ſimulatione, & ficto quodam fructus, qui ex eius lectione percipi poteſt, deſiderio, mendaces, audaciſſimóſque magiſtros excitauit, qui ambitione corrupti, inſcitia, ſtultitia & inſolẽtia turgidi, malitia exagitati, vel diuini verbi partem aliquam turbulento ac temerario incœpto, contaminare, violare, & peruertere auderent, vel eius propriam & germanam ſententiam, mendoſis & falſis interpretationibus adiectis perturbarent, atq. à vero argumento & inſtituto deuii, priuati commodi & ſtudii rationem tantùm haberent: quo quidem in genere alii aliis, alii autem omnibus, nonnulli verò pluribus, quidam pauciorĩbus diuinorum oraculorum partibus, magna tamen omnes & temeritate & impietate iis abuſi ſunt. Cúmque vnam tantùm ſapientiam diuinam, ſimplicem, ſanctam, ſibíque conſtantem ſemperqúe ſimilem, repugnantiæ diſſenſionísque totius expertem, ſacra contineant ſcripta, ab iſtis tamen, per ſummum nefas, à certa veritatis ipſius, quam definiunt, ratione, ad ſuos vniuſcuiuſque errores, priuatas ſectas, opiniones, hæreſes,

hæreſes, ſeditionésque detorta ſunt, ídque tanta incommodatione, ineptitudine & repugnantia, quantam, inter verum & falſum, lucem & tenebras eſſe conſtat. Ita per diuerſa tempora huiuſmodi machinationes aduerſarius ille, ad diuinarum ſcripturarum auctoritatem labefactandam, vel ad verum earum vſum hominibus adimendum, eſt commolitus. Interdum autem hac ratione, interdum verò illa, perſæpe vtraque, ille generis noſtri capitalis hoſtis, honoris diuini obtrectator, mendaciorum parens, hæreſeωn magiſter, diſsidiorum artifex; atque, vt vno verbo eius & naturam & actiones denique omnes concludam, ille, inquam, diabolus, concepta hac fraude, poſtea hominibus impoſuit.

NVLLA verò poſt hominum memoriam præteritorum temporum ætate, maiorem & nocentiorem hominum animis zizaniorum copiam, in hoc veritatis & ſapientiæ aruo, malignus ille ſpiritus diſſeminaſſe deprehenditur, quàm miſerrima & turbulentiſsima hac tempeſtate, cùm maximam totius Europæ Chriſtianorum partem, variis & grauibus erroribus ductam, atque ab Eccleſiæ Romanæ omnium catholicorum & legitimorum miniſtrorum capitis communi obſeruantia abalienatam, odiis, diſſidiis, diſcordiis, pluribúſque ſectis & factionibus, quàm linguis olim gentes apud famoſam illam Babylonem diſtinctæ, diſsipatæ, & in varias familias, atque adeò in varia ſtudia diductæ fuiſſe leguntur, miſerè diſtraxerit, & tandem ſeditionibus penè euerterit: ex quo quidem loco ac tempore tot tantáſque diſcordias, contentiones, ac teterrima bella orta, & diutius, quàm par eſſet, in orbe terrarum graſſata eſſe exiſtimamus.

NEMO prudens ac pius non videt, & magno affectus dolore gemit: nullus eſt etiam cæterorum, quin ſentiat atque experiatur, quo in motu temporum, & in quàm miſera rerum conuerſione & perturbatione verſemur; vt in plerisque Europæ partibus nec vna natio cum alia de religionis rationibus, nec de communi & ciuili vita ac pace conſentiat, imò in eadem regione, in eadem ciuitate, atque adeo in vna eadémque familia, quanta ſit & ſententiarum,

tiarum, & ſtudiorũ diuerſitas à veræ & ſimplicis pietatis & charitatis Chriſtianæ definitionibus prorſus aliena: quot inter fratres diſcordiæ, inimicitiæ, inſidiæ, contentiones, pugnæ, direptiones, exſpoliationes, fraudes, latrocinia, terra & mari creata pericula, cæteráque mala & incommoda, quæ hoc loco perſequi ſuperuacaneum omnino ſit: potiſsimùm, cùm aperto & manifeſto theatro acta quotidie ſpectentur. Nec profectò celari diſsimularíve poteſt ætatis huius dedecus: de quo vtinam leuiora multò, quàm diximus, confiteri ſatis ſit. Maxima enim pars Chriſtianorũ, qui non ita pridẽ ſumma pace ac tranquillitate fruebantur, atq. vnius fidei concordia & pietatis profeſsione, iiſdem Eccleſiaſticæ diſciplinæ miniſteriis, iiſdẽ inſtitutis parebant, eiuſdem omnes capitis ductu & prudentia gubernabantur; & in eadem ſacramentorũ communione, in eodẽ inſtituto, in eadem etiam confeſsione, & ſpiritualiũ beneficiorum vſu permanebant, & eadem ſpe viuebãt, nunc miſerandis & variis modis obcæcati, omnium inimicitiarum exercent artes, non ſine ſumma diuinæ maieſtatis offenſione, magnóque Chriſtiani nominis opprobrio & dedecore, ſuóque ipſorum malo, ac detrimento grauiſsimo. Itaque facilè coniicere licet, ex quo, tum ex diuino verbo, tum ex ſcripturarum lectione, Dei ipſius, ac veræ pietatis cognitionem adepti ſumus, nunquam à cõmuni omnium hoſte tantum, adeóq. pernicioſum & commune incendium inter populos qui Deum norunt, fuiſſe excitatum.

NEQVE verò quemquam fugit, quonam artium ſuarum genere vſus, Chriſtianos homines in hanc fraudem aduerſarius egerit, peruerſa, videlicet, & malitioſa nimíſque indigna ſacrorum ſermonum & librorum interpretatione, quam, adhibita ad eam rem audaciſsimorum miniſtrorum copia, inſtruxit, multò maiore, quàm ea olim fuerat ſacrificulorum, qui Achabi & Iezabelis ætate & impio iuſſu, aduerſus veri numinis præcepta, & pietatis concordiam, contra ius ac fas, falſorum deorum ſacrilegos cultus ſecuti ſunt: atque adeò ad eam quam dicimus inferendam calamitatem, eius quæ tum proximè effluxerat ætatis vitio,

occaſio-

occaſionem nactus eſt, cùm diuinarum ſcripturarum ſtudia inter Chriſtianos nimium remiſſa, imò ſepulta penè, ac diſciplinæ ferè omnes aſpera & inculta quadam barbarie obductæ eſſent: hac inquam negligentiæ humanæ occaſione arrepta, ad errores, doctrináſque falſas edocendas rationem inſtituit callidiſsimam. Inprimis enim diuinarum literarum auctoritatem & dignitatem commendatam, atque humanæ ſapientiæ, prudentiæ, & iudicio omni(vt par erat)prælatam: poſtea peruerſarum interpretationum & deprauationum exitiali veneno inſperſit; cuius vi plurimorum hominum ingenia & iudicia corrupit, innumerabiléſque perdidit animas, ac denique Chriſtianam miſerè perturbauit Rempublicam.

ATVERO vel in ipſis huius perturbationis initiis, horum hominum machinationes, quæ, diuini verbi deprauato vſu, prætendebantur, probiſsimorum, pientiſsimorum, & veritatis, pacis atque concordiæ ſtudioſiſsimorum virorum diligentia & opera, veris, certis, atque validiſsimis, ex eodem verbo depromptis telis, ictibúſque impugnari, labefactari, ac dirui cœperant. (illa enim, ad mendacium, mendaciorúmque Principis ipſius commenta omnia redarguenda, euertenda, atque diluenda, aptiſsima & validiſsima arma ſunt.) Igitur cùm hæc diuinæ veritatis ratio aduerſariis ex animi ſententia non ſuccederet, alius illicò dolus adhibitus eſt, excogitata aduerſus Latinas interpretationes, quibus iã tot ſeculis ad hanc vſq. diem catholica Eccleſia vſa fuerat, cõtentioſiſsima reprehenſione, atq. aduerſus eam præcipuè, quæ propter ſingularem, inter cæteras, auctoritatem, antiquúmque vſum, Vulgata, ſiue Communis appellata, & à plerísque Diuo Hieronymo adſcripta eſt. His autem impudenter atque inſolenter reprehenſis ac repudiatis, aliæ ſubſtituebantur interpretationes, ex propria magis auctorum, quàm, ex diuini ſpiritus ſententia, aut ex linguarum ipſarum examinata, diligentíque inueſtigatione profectæ: in quibus plurima loca ad ſuas ipſorum factiones & contentiones promouendas conſultò deprauata &

corrupta deprehendimus,quæ tamen illi nunquam existimassent fore, vt à nostris deprehẽderentur, quos à linguarum studio & cognitione prorsus alienos, & eos, qui nullum ea in re laborem consumere vellent, omnino credebant: atque peruerso hoc adducti consilio, Babylonicum illud opus vrgentes, ad finem perducere contendebant, vt saltem nomen aliquod sibi quærerent antequã disperderentur sub cælo. Itaque elati insolentia quadam & audacia,qua ne ipsis quidem gigantibus cedunt, veritatem impugnare, & cæli lucisque puram simplicitatem & integritatem, salebrosis illis ac præruptis interpretationũ rupibus, & montibus eo deductis, & admotis, violare & corrumpere moliti sunt. Sed tamen hæc non minori negotio, quàm cætera pessimarum rerum instituta initia, contrarios omnino illorum consiliis exitus habuêre.Illud enim solùm effecerũt,vt nostris ad oppugnandum animi adderẽtur,qui ad linguarũ capessenda studia incitati,labore & diligentia illis & cultiores, & longè doctiores,atq. adeò veritatis acerrimi propugnatores euaserunt. Iam enim extiterunt quàmplurimi catholici viri, sacrarũ linguarũ peritissimi, à quibus aduersarii, de illo suarum interpretationum præsidio, veritatis, & germanæ sententiæ demonstratione, & cõstanti assertione deiecti; & manifestæ tum linguarum imperitiæ,tum etiam fraudis & deprauationis conuicti sunt: quandoquidẽ nullum caput eorũ quæ vel ad pietatem & fidem,vel ad morum probitatẽ & integritatem informandã & instituendã facere,& spectare possunt,in antiquioribus linguis repertum est, quod in Latinis veterum interpretationibus non abundè cõtineretur. Quanquã enim in oratione,ac sermonis serie, dicendi vario genere,verborúmq. numero, alia sit huius, alia verò illius linguæ ratio; rerũ tamẽ & sententiarum põdus,ad pietatem docendam idem ab omnibus afferri comprobatur. qua in re inuestigãda, inueniẽda,tractãda & iudicanda multò profectò plura & elegantiora illarũ linguarũ mysteria à nostris obiter verè indicata & aperta sunt, quã ab istis,magno labore vel cognita & celata, vel mentiendi studio cõficta & enuntiata fuerint. Id quod facile

docetur

docetur & cõfirmatur ex frequentibus & manifeſtis exẽplis apud catholicos, & Romanæ Eccleſiæ ſtudioſos auctores, linguarũ peritos, qui hactenus extitere, & indies etiã plures, cũ ſumma Chriſtianæ totius Reip. vtilitate, & laude, doctiſsima ſcripta in lucem proferẽt. Hoc loco diuinæ dignitatis ac gloriæ callidiſsimus obtrectator, quamuis, quod moliebatur, perſæpe expertus ſit; efficere tamen non potuit, vt antiquarum & receptarum interpretationum auctoritas & fides ab aduerſariis infirmaretur, aut eius ſtudium parui fieret; quaſi verò eo ſtudio homines ad pietatem aut parum aut nihil omnino incitarentur; quinimo eius ope ad ſchiſmata & errores amplectendos conuolarent. Etenim huiuſmodi antiquarum linguarum cognitio à nonnullis (vt diximus) deſpici, atque negligi aliquando cœpit, qui zelo magis, quàm rectè inſtituta ratione, de hac re vel familiari ſermone, vel publicis diſputationibus, vel ſcriptis etiam libris agentes, ea magis improbabant, quæ minus cognouerant. fuit hæc profectò maxima & aſtutiſsima communis hoſtis calliditas ad vtrarúmq. partiũ fouendã diſcordiã, confuſionémq. religionũ promouendã, auferendúmq. diuinarum ſcripturarũ vſum, vt ſcilicet moliretur, vt ab alteris interpretationũ Latinarũ fides; ab alteris verò antiquarũ linguarum germana & vera dignitas imminueretur, & magna proinde, præter veritatis confirmationẽ, vtilitas quæ ex eis percipitur, negligeretur.

A TVERO illuſtrator ille mentium diuinus Spiritus, qui ex ſupremis ſedibus, vt potentiſsimus Aquilo ſpirans, errores omnes arguit, ac detegit, & nubes veritatis luci obiectas diſiicit, huiuſmodi temporis caliginẽ, quæ ſcripturarũ ſacrarũ vtilitatem & ſplendorẽ hominibus abſconditũ obſcurabant, validiſsimè diſcuſsit. Nam & ille plurimos ex catholicæ Eccleſiæ filiis ad linguarũ capeſſenda ſtudia, illarúmq. præſidio aduerſariorũ diruẽdas moles, noſtrarúmq. interpretationum fidẽ & integritatẽ defendendam & piiſsimis ac doctiſsimis ſcriptis aſſerendã animauit, eandémq. rem Eccleſiaſticis ſanctionibus, & grauiſsima Conciliorũ auctoritate cõfirmauit: tũ interpretationibus receptis & approbatis, tum

ſacrarum linguarum commendato ſtudio, quarum vtilitati & dignitati nullo tempore ab Eccleſia detractum, ſed perpetuò potiùs conſultum, illuſtribúsque nominibus & titulis cùm in veteri Teſtamento Hebraicæ veritatis; tum in nouo Græci textus plurimùm tributum, cæteríſque linguis & earum explicationibus pro cuiuſque & dignitatis & vſus ratione fuit proſpectum.

QVONIAM verò à ſceleratiſsima illa hoſtis malitia, & rabioſa nocendi cupiditate, ad quoduis impium facinus perpetrandũ, nullam occaſionem prætermittendam fore, ex renouatis perſæpe exemplis arguere non immeritò poſsumus; ſuſpicari valde, vel potius certò ſcire oportuit, hac turbulentiſsima tempeſtate eiuſmodi inſolentiſsimos miniſtros illi inueniendos atque excitandos eſſe; quibus, cùm falſarum interpretationum conſilium ex animi ſententia non ſuccederet; illico ad diuinam ſcripturam, in quouis antiquarum linguarum genere deprauandam & corrumpendam, audacia & temeritas adderetur, atque Hebraicam veritatem, & Græcam lectionem, quò ſua inſtituta & ſtudia, falſáque dogmata obtruderent, & vtcunque tuerentur, contaminare & mutare nulla religio eſſet: quippe quibus nullum iam, in ſacrorum librorum ſimplici & germana lectione, fundamentum, nulla antiquarum linguarum cognitio, quam ſe adeptos exiſtimabant, amplius ſupereſſet.

ATQVI non iniuria huiuſmodi periculi & maleficii ſuſpicio in eos cadere potuit, qui dum altero illo oppugnationis genere, quod quidem vſui ſibi fore ſperabant, aduerſus veritatem magnò impetu experiri in animo habebant; non niſi validiſsimis & certiſsimis linguarum ipſarum telis propulſati deſtiterunt. Vt enim in cæteris omnibus rebus, omnes, quod aiunt, neruos intendebant, vt ſuum illud ædificium perficerent; ita in hoc etiam genere nihil non experturi erant, quò veritatem ipſam contaminari, fraudari, atque imminui poſſe arbitrarentur; maximè verò in Hebraica lingua, cuius quidem exacta interpretatio cum vulgatiſsimis & frequentiſsimis noſtri ſeculi erroribus

& fal-

& falsis dogmatibus magnopere pugnat. Neque verò ab huiusmodi vel consiliis, vel incœptis, aut timore, aut pudore, aut religione vlla deterreri potuissent perfidi hi mendaciorum auctores & assertores, quibus nec Dei timor, nec hominum reuerentia ob oculos versatur, quemadmodum ex ipsis eorum impiis conatibus & studiis ac ne fario euentu apertissimè arguitur: potissimũ verò in tanta diuinarum & humanarum rerũ perturbatione, atq. in turbulentissimo hoc Ecclesiæ Christianæ statu, luctuosissimóque tempore, quo quidem & charitas & omnis ferè pietas ab hominũ mentibus discesit. Nam, qui huiusmodi sunt, nec dilectionis ducuntur, nec timoris coërcentur spiritu; tantùm ambitionis propriæ impetu, ac mendaciorum patris spiritu concitati aguntur. Etenim apud nonnulli auctores legimus, huius errorum spiritus impulsu, aut fraude, quosdam olim ex Iudæorum gente, eò vel insolentiæ vel insipientiæ deueniſſe, vt Christianæ Ecclesiæ initio, nonnulla verba immutarint quæ suam illam oppugnandæ Christianæ veritatis contentionem omnino interfringere possent: verùm huiusmodi ab illis contaminata loca rarissima fuêre, & in nostrorum scriptorum libris, tum etiam in ipsorum Iudæorum excusis & manu scriptis exemplaribus omnia ferè notata atque indicata sunt. Nam tametsi vel hominum illorum fraude, vel librariorum insciti a, vel temporum iniuria nonnulla in iis, quibus vtimur, Hebraicis libris mutatio facta fuerit; nullum tamen vel verbum, nullum item elementum, vel punctum olim fuisse commemoratur, quod in locupletissimo illo thesauro, quem Mazzoreth appellant, asseruatum non reperiatur. In eo enim, tanquam in sacra & fida quadam custodia, summa diligentia, & magno studio constituta, antiquæ lectionis reliquiæ, monumenta, indicia, vestigia, exempláq. omnia continentur, & ratio conferendæ veteris ac nouæ lectionis ostenditur: ex quibus quidẽ simul collatis, certa quædam via extat, ad cuius præscriptã normã sacra mysteria indicari possunt. cuius rei exẽpla nos, suo loco, in hoc opere aliquãdo, & aliàs etiã, Deo iuuante, apponemus.

QVAMVIS autem nullam omnino ſuſpitionem haberemus, fore vt religionis Catholicæ aduerſarii, qui noſtris temporibus Eccleſiæ pacem turbauêre, ſcripturarum loca vlla contentionis cauſſa mutarent; nihilominus tamen, diuini verbi integritatem & ſanctitatem, in reddendis ſacræ ſcripturæ libris, tum verò maximè in ipſis exemplaribus, & linguis, quæ interpretationum examen continent, ſummo ſtudio procurari, & ſartam tectam conſeruari oporteret: vt hoc modo & pietatis ſtudium erga Deum, & dignum erga Chriſtianam Rempublicam præſtaretur officium: quod vnà ſecum illam trahit cautionem, ne integrum vnquam ſit hæreticorum audaciæ nefaria fraude ſacræ ſcripturæ loca corrumpere, & ad ſuos detorquere errores: quod alioquin fortaſſe tentare veriti non eſſent, ídq. tot in locis, quot errores ſuſciperent tuendos, vt nullus finis eorum pertinaciæ ſtatui poſſet.

CÆTERVM veritatis ille pater, & piorum omniũ protector, Eccleſiæ Catholicæ illuſtrator, verbíque ſui aſſertor Deus, hodierno die etiam effecit, ne res tanti ponderis ac momenti ab illó malorum omnium auctore, illiúſque miniſtris, in id, quod expectari ac timeri poterat, diſcrimen, adduceretur; eámque mentem PHILIPPO II. Catholico Hiſpaniarum Regi, & Principi potentiſsimo, & Chriſtianæ pietatis ſtudioſiſsimo, iniecit, vt inter quamplurima conſilia, quæ pietatis, & diuini cultus, publicæ vtilitatis ſacroſanctæ Eccleſiæ, ac denique totius Reipubl. Chriſtianæ gratia, ab ipſo prudentiſsimè inita, fortiſsimè ſuſcepta, feliciſsiméque ſunt peracta, de ſacris etiam libris, antiquis linguis, & earum optimis interpretationibus, qua fieri poteſt diligentia, inter ſe collatis, excudẽdis, is etiã deliberaret; vtpote, cui inter plurimas ad communẽ ſalutem, & tranquillitatẽ multarum gentiũ, & nationum à ſe gubernandarũ diuinitus datas, & fideliſsimè ſuſceptas curas, vnum pietatis ac religionis puræ ſtudium, præcipuum, & maximum, atque ad omnem publicam rem ſtabiliendam firmiſsimum fundamentum eſſe conſtat. Cui etiam in comperto eſt, aptiſsimam rationem qua ad religionem ſanctiſsimè

mè colendam homines perduci poſsint, in diuinorum oraculorum cognitione, eorúmque legitima obſeruatione contineri: íd-que ei, & piorum hominum iudiciis & omnium ætatum exemplis confirmatum eſt. Igitur & à doctiſsimis, & peritiſsimis viris, quales in Hiſpaniis quamplurimi ex publicis Academiis, & ex ſacræ religionis Magiſtratibus, cenſores & iudices, atque adeò ex omni Eccleſiaſtico ordine miniſtri conſpiciuntur, ad tantam rem deliberandam adhibitis; communi omnium ſententia confirmatum eſt huiuſmodi Regis conſilium, non tanquam vtile tantùm, ſed etiam veluti planè neceſſarium ac diuinum comprobari, & omnium ſuffragiis poſtulari, omniúmque piorum ſtudio, vt expleretur, orari oportere. Id quod Rex ipſe libentiſsimè ſuſceptum, maturè exſequi atque perficere inſtituit: præſertim verò, cùm eorum omnium, quæ ad eam rem parandam & oportuna, ac etiam neceſſaria erant, magnam copiam apud ſe eſſe intelligeret: ſéque iis viris, qui tanto huic operi & exordiendo, expoliendo, & omnibus ſuis numeris, & partibus abſoluendo præeſſe poſſent, quales ipſe rei literariæ amantiſsimus quamplures continuò fouet, omnino nõ carere cõſpiceret. Tantũ igitur Catholici Regis cõſilio, ſtudio, auctoritate atq. benignitate præſtitum eſt, vt operis huius admiranda moles, maximis rerum difficultatibus ſuperatis, extructa, & ad publicum Catholicæ Eccleſiæ vſum, æternúmq. Chriſtianæ veritatis monumentum, ſtabilita & expoſita denique fuerit: cuius inſpectionẽ, nulli Chriſtianæ pietatis ſtudioſo non gratiſsimam, vtiliſsimámque fore arbitramur; cùm propter eximiam omnis generis charactérum elegantiam, & egregiam optimi & celeberrimi Typographi operam; tum verò maximè propter ſummam integræ, & incorruptæ lectionis perfectionem, quam, præter aſsiduam doctiſsimorum, & linguarum omnium peritiſsimorum hominum diligentiam, variorum quoque & correctiſsimorum exemplarium, Romanorum videlicet, Venetorum, Conſtantinopolitanorum, & Germanorũ collatio nobis præſtitit: Complutenſibus verò potiſsimùm

hac in parte vſi ſumus, quæ quidē à celebratiſsimo ac pientiſsimo viro Franciſco Ximenio Toletano Archiepiſcopo, Hiſpan. præſide ſummo, S. R. E. Cardinali, magno ſtudio, incredibili ſumptu, inſigni diligentia, vtiliſsimóque euentu edita quondam fuerant, & apud doctos homines magno in pretio habita: quæ tamen, quia propter miram eorum paucitatem & raritatem deſiderabantur, hoc in opere non modò inſtaurata, ſed multis etiam in partibus aucta, integrata, locupletata, magno etiam appoſitiſsimóque rerum & verborum apparatu exornata ſunt. Nam præter excellentem formarum, chartæ, & characterum præſtantiam: integras etiam Chaldaicas, in veteri teſtamento, paraphraſes, & Syriacæ, in nouo, lectionis libros, eoſdémque diligenti ſtudio & cenſura examinatos, & commoda latinarum interpretationum copia inſtructos, opus hoc Complutenſibus Bibliis addit; &, quod ad lectionis & ſententiarum diſtinctionem, explicationémque plurimùm confert, accentus omnes, Hebraicóſque apices, (quos nunquam perire Chriſtus patietur) diligentiſsimè obſeruatos adiungit. Inſignem præterea rerum & verborum ſupellectilem aliàs variis codicibus diſperſam, hoc vnum opus continet, quæ magis vſu percipi, quàm oratione indicari poſſunt. His accedunt variarum, in omnibus linguis, lectionum propoſita exempla: quæ quidem quot, & quantos lectoribus fructus allatura ſint, nemo facilè æſtimare poteſt. Sunt præterea integra Hebraica Biblia, nouúmque Teſtamentum Græcum, cum Latinis ad verbum interpretationibus, maiori, quàm vnquam antea, diligentia & ſedulitate elaboratis, quæ, præterquam quod ad ſententiarum cognoſcenda myſteria plurimū adimenti afferunt, Latinum hominem Hebraicā & Græcam; Græcum verò & Hebraicum Latinam linguam ſine præceptore, ac nullo penè negotio docere poſſunt. Addita præterea ſunt oportunis locis difficiliorum verborum Hebraicorum, Græcorum & Syriacorū themata, quas radices Hebræi dicunt. Poſtremū verò & vtiliſsimū illud volumen adiungitur, quod, quia multarum, & adfa-

miliare

miliares diuini verbi explicationes, commodiſsimarum rerum copioſam, ac multiplicem ſuppeditat materiam, SACRORVM LIBRORVM APPARATVM inſcripſimus; quo in opere dictionaria, obſeruationes, arcanorum ſermonum interpretationes, multáque alia cognitu digniſsima continentur. Atq. hæc quidem omnia magnæ ſacrarũ literarum ſtudioſis, vtilitati; magnóq. vſui Catholicæ Eccleſiæ futura à PHILIPPO Catholico Rege curata; eiúsq. tum auctoritate ac dignitate, tum liberalitate Regia expedita, & inſigni rerum omnium diuerſitate ac elegantia inſignita, ad optimum & feliciſsimum exitum, diuinæ prouidentiæ ſummo beneficio, tandẽ perducta ſunt. Etenim tantum opus, quod maximos ſumptus, inſignem artificum diligentiam, exemplarium oportunam copiam, operarum frequentiam aſsiduam, multorúmque iudiciorum ſententias ex variis Europæ partibus collectas, exigebat, ſine præſenti Dei numine & auxilio effici & abſolui non potuit: adeò vt ipſam tot rerum atq. perſonarum vnanimẽ, perpetuam & indefeſſam facultatem, non tam hominũ opera & ſtudio comparatã, quàm diuinitus oblatam & conceſſam fuiſſe palàm ſit fatendum; opúſque ipſum vt argumento & re planè diuinũ eſt, ita etiam vt hoc modo, atq. hoc tẽpore, huius Regis tanto ſtudio ederetur, ex diuino conſilio profectum fuiſſe, dubitandũ minimè ſit: quod quidem vel ex eo cõſtat, quòd Pius V. P. M. qui hodierno die Catholicæ Eccleſiæ pro Chriſto ſanctiſsimè præeſt, vbi hoc præclariſsimũ & vtiliſsimum opus, Regis ſtudio & ſumptu Antuerpiæ inſtitutũ, inchoatúmq. intellexiſſet, miſſo à ſe ad Albanum Ducem, Belgii præfectũ, gratulationis & honoris cauſa, in tantæ victoriæ ab eo reportatæ gratiã, legato, præter alia in mandatis dederit, vt opus ipſum, operíſq. promotores omnes fauſto & grato Sanctitatis ſuæ nomine, nutu, aſſenſu atque auſpiciis, benedictione etiam adiuncta, proſequeretur: qua quidem re nulla alia ſub cælo vel Regi ipſi gratior, vel Regiis hominibus, in eo opere, continuis laboribus, augendo & expoliendo incendendis aut aptior, aut magis accommodata eſſe potuit.

tuit. Quamobrem omnium bonorum, totiúſque felicitatis au. ctori Deo ſumma & eximia gratulatio inprimis facienda eſt, qui Regi, tantis publicarum rerum curis diſtento, & grauiſsi. ſimis negotiis occupato, eam mentem iniecit, vt præter cætera pietatis, prudentiæ, & communis vtilitatis ſtudioſiſsima conſi. lia, quibus abundat; hoc etiam diuini verbi colendi, aſſerendi, atque exornandi ſtudium ad cæteras eius animi dotes addere. tur, atque hac ratione optimè de vniuerſa Chriſtianorum Ec. cleſia mereretur. Deinde etiam communia & aſsidua vota ſunt facienda, vt is erga verbi ſui ſtudium atque legitimum cultum omnibus totius orbis hominibus ſpiritus afferatur; íſque adda. tur & confirmetur animus, qui ad numinis ſui laudem & glo. riam amplificandam, atque ad æternæ ſalutis vſum percipien. dum ſit ipſis aptiſsimus.

EIVSDEM BENEDICTI ARIAE MONTANI ALIA AD LECTOREM PRÆFATIO.

In qua de totius operis vsu, dignitate,& apparatu ex ordine differitur.

AMPLISSIMOS, & vberrimos fructus, qui ex illustri hoc opere percipientur, Lector, nulla sanè faciliori ratione tibi repræsentare potuimus, quàm si, singulas eius partes, eo quo collocatæ sunt ordine, diligenti explicatione persequeremur. Ita enim fiet, vt nullo prorsus dispendio, sed certa, & compendiaria via ad singula capita, rectà deducaris, & tanto labore, ipse absq; vllo negotio commodè vtaris. Sed quia ex veterum exemplarium cum nostro hoc diligenti collatione, quid alij, qui in eodem opere non mediocrem diligentiam aliàs adhibuerunt (quorum laboribus nihil detrahimus) & quid deinde nos in hac parte præstiterimus, planius, & apertius cognoscetur: Complutensibus Bibliis, quæ communi omnium, penè, doctorum virorum consensu, ex iis omnibus quæ hactenus in lucem prodierunt, potissima, atq; antiquorum idiomatum insigni diuersitate maximè illustrata conspiciuntur, ad vnguem examinatis, & cum nostris hisce, quæ fieri poterit, diligentia collatis, quid per nos in nostra hac editione effectum sit, quò res tota clarius pateat, breuiter exponemus. In iis itaque, vt characterum elegantiam, quibus pollent, & ordinem, ac seriem dictionum suis locis dispositarum, missam faciamus: Hebraica veritas puris dictionibus, & clausulis bene distinctis, atq; omnibus, vt par erat, suo ordine collocatis, dilucidè conspicitur. Græcum item contextum ea habent, cui interposita est Latina interpretatio, quæ ad verbum aptè respondet. His additur Vulgata editio, Sancto Hieronymo pleruńq; adscripta, quæ inter Hebræum, & Græcum textum medium obtinet locum. Præterea in eorum infima pagina legitur Onkelosii in quinque libros Mosis Chaldaica paraphrasis, cui è regione addita est Latina interpretatio. Opus certè omni laude dignum, & (temporibus illis) satis eruditum, atq; elaboratum. Verum enimuerò, vt nihil est simul & inuentum & perfectum; nonnulla in iis aut omnino desiderantur, aut etiam, si ad doctissimorum monumentorum, quæ hodierno die extant, exactiorem normam reducantur, minus accuratè descripta, atque imperfecta, passim offenduntur: cùm Latina interpretatio, ob literarum alphabeti frequentem interiectionem, lectorem nonnunquam remoretur: vulgata autem editio Hebraicæ non satis è regione respondeat: nulliq; Hebraici accentus, qui antiquam Musices rationem indicãt, & qui singulas periodos distinguunt, ibi conspiciantur: atque ex Hebraicorum vocabulorum thematis, seu radicibus (quas vocant) quæ ibi ferè consistunt in verbis perfectis, quæ vel ab ipsis Hebraicii idiomatis Tyronibus facilè inuestigari possunt, omissis interim difficilioribus, parum omnino vtilitatis antiquissimæ linguæ studiosis afferãt. Deinde excepta Onkelosii paraphrasi, cuius supra meminimus, cæteri omnes libri παραφραστικῶς versi, partim à Ionathã Vzielis filio in posteriores prophetas, partim à Ioseph Caco, atq; aliis antiquis auctoribus in reliquos sacræ scripturæ libros, in iis planè desiderantur. Id verò consultò, ob eam potissimùm causam, quòd quædam in Chaldaico textu reperirentur, quæ vel superuacanea, aut etiã apocrypha viderentur, alia etiam nondum latinitate donata essent, factum esse existimatur. Atque hæc quidem omnia Ximenio illi Cardinali excelsi ingenij viro, & de Christiana ecclesia ob eius in ea adiuuanda, atq; omni ex parte exornanda, insignẽ liberalitatẽ optimè merito, correctissimè descripta atq; latina interpretatione aucta, in Christianã Reip. vtilitatẽ excusa, sacrarũ literarum studiosi iam accepta referrent, nisi supremũ eius fatũ vna die vnaq; hora tantũ virum nobis eripuisset. Quas quidem Chaldaicas paraphrases in Latinum sermonem conuersas, atq; adeo de verbo redditas, & ad fidem tum Hispanorum, tum Venetorum exemplarium summa diligentia castigatas & correctas, in regio hoc opere non desiderari comperies. Eæ verò præter illas, quæ, vt diximus, aliàs in quinque libros Mosis editæ fuerunt, hæ sunt: Historiarum libri

qui

qui priores Prophetæ dicuntur: Quindecim posteriorum Prophetarum explanatio: Psalterium, ac Prouerbiorum libri qui vna voce אמת appellantur. Qui omnes, quanta cura, studio, & diligentia & expurgati, & Latini facti fuerint, & res ipsa docet, & nos etiam, suis locis, Deo dante, commodius demonstrabimus. Habent itaque Theologi, & sacrarum linguarum studiosi vetus testamentum: illud quidem Hebraicum, Chaldaicum, Græcum, ac Latinum: Nouum verò Syriacè, Græcè, & Latinè conscriptum. Quibus accedit, in eorum gratiam qui minus in antiquis linguis sunt exercitati, triplex, Latino idiomate, veteris testamenti interpretatio, quæ Hebraicam veritatem, cui cæteræ linguæ se interpretes præbent, ita reddit, vt non mediocrem, sed certè amplissimum fructum ex ea sint reportaturi. Opus procul dubio, omnibus suis partibus absolutum. quod quidem nullis annotationibus magis illustrari potest: cùm in eo, veluti primario, & summæ auctoritatis exemplari, vberrimi quatuor linguarum fontes contineantur. Cætera verò quæ ad veteris testamenti tempora referuntur, eodem idiomatis genere, quo scripta reperiuntur, Græca scilicet, Græcè, & Latina Latinè, diligenter correcta his annexa conspicies. Nouum denique testamentum, quod antehac Græcè tantùm, & Latinè à Christianis legebatur, iam Syriaca (vt diximus) lingua conscriptum, ex optimis quibusq; exemplaribus expressum prodit: idq; duplex: alterum Syriacis, & genuinis characteribus, vt huius idiomatis dignitas suorum characterum forma appositissimè repræsentata, &, vt par est, ornata, apud nos perpetuò conseruaretur: alterum verò in infima margine, ceu limbus in extrema veste, Hebraicis literis, & omnibus suis punctis, & numeris constans huc etiam accesit; vt iis qui in Hebraica, quàm in Syriaca lingua exercitatiores sunt, hac ratione consuleretur. Ne verò Hebraici, aut Syriaci idiomatis ignari, nobilissimæ huius linguæ fructu carerent, Latina interpretatio, summa fide, & diligentia adhibita est à Guidone Fabritio Boderiano, viro de quouis linguarum genere optimè merito, & ecclesiasticæ disciplinæ studiosissimo, qui & hanc suam interpretationem summo studio elaboratam, atq; adeo se ipsum vnà cum fratre Hebraicæ linguæ peritissimo, nulla patriæ, affinium, domesticorum, ac denique priuatæ vtilitatis habita ratione, alacri promptoq; animo obtulit. Ne verò quidquam, quod ad regij planè operis splendorem pertinere videbatur, prætermissum existimes: singulæ tabulæ, ære artificiosè celatæ, suis locis insertæ sunt. quibus tabulis singulorum textuum, ac diuinorum mysteriorum, quæ sub eis latent, explicatio, licet exiguo loco contenta, longo tamen ac diuino prorsus argumento tractatur; vt studiosus quisque animaduertere poterit. In summa nihil omnino ad dignitatem, ac amplissimum tanti operis ornamentum desiderari potest, quod huc non accesserit: ita vt verè regium sit, & regiæ munificentiæ, ac liberalitatis specimen præ se ferat. Denique vt præclarissimum hoc munus, quod Christianæ Reip. exhibetur, omni ex parte auctum, atq; illustratum prodiret, nihilq; in eo planè desideraretur, quod ad sacros vsus pertinere posse existimetur; postrema ea volumina librorum calci subiecimus, quæ ex multiplici, quam suppeditare possunt, rerũ & verborum copia, APPARATVS SACER, à nobis inscripta sunt. In iis singularum linguarum varias lectiones, quæ vel ad Grammaticam rationem, vt in Hebraicis dictionibus plerunque, aut etiam ad ipsius sententiæ explicationem pertinent, vt in cæteris linguis, veluti in refertissimo promptuario, reperies. Quæ quidem inter se collatæ, quantum vtilitatis allaturæ sint, deprehendent ipsarum studiosi. eas certè ex optimis quibusque, & non solùm nostro, verùmetiam multorum doctorum suffragio approbatissimis exemplaribus, quæ ad manus nostras peruenerunt, non sine labore desumpsimus. Quibus addo quatuor Grammaticæ artis tractatus, vniuscuiusque scilicet ex quadruplici antiquissimarum linguarum genere, Hebræa, nempe, Chaldæa, Syriaca, & Græca suum. His autem, quatuor etiam Dictionaria sacræ lectioni perutilia annexa sunt. Atque hæc quidem in priore Apparatus parte habentur. In posteriore verò, rerum in sacra potissimùm lectione necessariarum non pœnitenda tibi supellex exhibetur. Primò enim sese offert liber Idiotismorum, qui quidem in Hebraica lingua satis frequentes occurrunt: isq; rerum copia, & varietate ita insignis, vt quidquid ad Hebraicam, aut etiam Latinam lectionem de verbo redditam spectare videtur, abundè tibi præbeat. Præterea duos

libros

libros reperies: quorum alter, eo quòd rerum ferè omnium naturas, actionésque ſubindicet, & ſermonem ex rebus ipſis natum exponat, De arcano ſermone inſcriptus eſt. Alter verò quo pars illa ſignificationis tractatur, quæ geſtu, atque habitu inſtituitur, Actionis nomen ſortitus eſt. Sed quia cuiuis patet, tum ad res explicandas, tum etiam ad certam rerum veritatem indagandam, ac tandem etiam conſtituendam, ex locorum, temporúmque ratione, & ponderum, ac menſurarum exacta cognitione plurimum lucis, & delectationis accedere: omnia Geographiæ, & Topographiæ præcepta, quæ quidem ad ſacrarum lectionum explicationem ſatis eſſe poſſunt, ab ipſis ſacris deſcriptionibus, & annotationibus excerpta, duobus libris proſecuti ſumus. Temporis deinde, ac ætatis illius, quæ iam inde à condito orbe ad Chriſtum vſque longa ſerie effluxerat, exquiſitæ, certam quandam, ac breuem rationem tradidimus. Sub finem, ponderum æſtimationem diligenter examinatam, ac ſacræ architecturæ præceptionibus, atque exemplis iucundis omnino, & dignis quæ ab omnibus perdiſcantur, concinnè exornatam exhibemus. quibus nihil ad arcanos & occultos diuinorum oraculorum ſenſus explicandos, aut aptius, aut magis accommodatum requiri, aut deſiderari poteſt. Nulla enim ratione vnquam fiet, vt veram cognitionem earum hiſtoriarum, quas hîc egregiè calatas, aptéque, & appoſitè, vt ſupra admonuimus, ſuo loco collocatas, conſpicies, ſub ipſis imaginibus abſconditam, & quodammodo (vt ita dicam) latentem, quis rectè aſſequatur, niſi prius artificioſa, ac diuina planè imaginum ſtructura ei cognita, ac perſpecta ſit. Index denique his omnibus additus eſt; breuis ille quidem; ſed ſua præſtantia, inſignique vtilitate, quod ſatis eſt, prolixus. In eo enim non ſingula tantùm verba, verùmetiam omnia in locos communes redacta & copioſiſſimæ ſacrorum locorum concordantiæ (quas vocant) in cõpendium redactæ, magno labore Lectorem ſubleuabunt. Ne verò quidquam antiquiſſimæ linguæ tyrones ab incœpto dimoueret, quinimo, vt ad eius puriſſimos fontes amplus eis pateret aditus; non ſine doctiſſimorum, ac piiſſimorum virorum limato, ſubtiliq; iudicio effecimus, vt Hebraica Biblia integra cum Latina interpretatione, in qua verbum verbo redditur, ſeparatim excuſa, Octauum in regio hoc opere tomum complerent. Qua in parte perficienda, & pro operis dignitate exornanda, quantum laboris, ſtudij, ac diligentiæ adhibitum ſit, & res ipſa clarè docere poterit, & nos in eius præfatione, Deo iuuante, apertè demonſtrabimus. Nam præter verſus qui verſibus, & verba quæ verbis reſpondent, atque alia aliis ita cohærent, vt abſque vllo negotio Hebræa & Latina ſimul legi, & conferri poſſint: interpretatio Latina Pagnini appoſita eſt; qua quidem interdum in marginem reiecta, aliam commodiorem omnino ſubſtituimus, vt durior plerunque Latina interpretatio ipſam Hebraicæ phraſis veritatem aptius exprimeret: quod facilè animaduertent qui diligentius ambas conferent. Iſq; tomus nobis aptiſſimus omnino viſus eſt, cui, maiori cum fructu, & vtilitate, quàm in ſuperioribus, Hebræorum vocabulorum themata inſererentur. In ipſis autem radicibus annotandis, potiſſimarum ſanè, ac difficillimarum certus delectus in ſtudioſorum gratiam habitus eſt. faciliores verò ſuis locis collocauimus. Hæc ferè ſunt, Lector, quorum te admonitum volumus, vt apparatiſſimo, atque ampliſſimo hoc opere, quod in totius Chriſtianæ Reip. gratiam prodit, commodiſſimè vtaris. neque enim de eius vtilitate nobis hoc loco pluribus propoſitum eſt dicere: quippe quòd eius præſtantiam ne eloquentiſſimus quidem orator, vt par eſt, copioſiſſima oratione conſequi poſſit. Sed quid in hac parte præſtitum ſit, ſi ei operam dabis, ex te ipſe verè cognoſces. Id enim, bona omnium venia, liberè auſim affirmare, nullum vnquam ex Typographica arte tantum adeóque inſigne beneficium in Chriſtianam Remp. fuiſſe collatum. ſi enim operis ipſius magnitudinem, ſplendorem & dignitatem attentè conſiderabis, Lector, quid prius, aut etiam quid magis admirari debeas, haud facilè ſcies. Te enim tot idiomatum diuerſitas, fideles vbique interpretationes, characterum præſtantia, tabularum elegantia, ac denique totus hic præſtantiſſimus Apparatus ita oculos atq; animum tenebit tuum, vt verè dicas, tanti huius muneris, Deo Opt. Max. cuius ope, & auxilio inchoatum, ac denique non ſine manifeſto ac ſummo eius fauore, & ſingulari beneficio ad optatiſſimum finem tandem

aliquando perductum est; mox etiam doctissimis ac vigilantissimis viris quorum opera & industria tibi, quale est, exhibetur, ingentes & nunquam intermorituras gratias esse habendas.

VOS ITAQVE ARCHITECTI, PONDERVM, AC MENSVRARVM PERITI, ARITHMETICI, HEBRÆÆ, CHALDÆÆ, GRAECÆ, SYRIACÆ, ET LATINÆ LINGVAE STVDIOSI; VOS DENIQVE ERVDITISSIMI THEOLOGI, QVICQVID IN AVREO AC PLANE DIVINO HOC MVNERE VOBIS EXHIBETVR, ID TOTVM PHILIPPI REGIS POTENTISSIMI, AC DE RE LITERARIA OPTIME MERITI, CVIVS MANDATO NOS PRO EIVS ERGA LITERATOS HOMINES STVDIO, AC AMORE HVIC TANTO OPERI PRÆFVIMVS, INSIGNI PIETATI, FLAGRANTI SACRARVM LITERARVM DESIDERIO, MAGNIFICENTISSIMIS SVMPTIBVS, AMPLISSIMÆ MVNIFICENTIÆ, VEREQVE PRINCIPE HOMINE DIGNÆ LIBERALITATI ACCEPTVM REFERTE. DENIQVE NE SOLVM LITERATORVM TVRBA, QVÆ HODIERNO DIE EXTAT, VERVMETIAM POSTERI TANTORVM LABORVM, AC VIGILIARVM, INGENIO PRÆSTANTIBVS, ET ERVDITIONE PERFECTA HOMINIBVS, QVI, QVANTVM LABORIS ET OPERAE, IN SACRATISSIMO HOC OPERE IMPENDERINT, ET RES IPSA DOCET ET CHRISTIANA RESPVBLICA ABVNDE COGNOSCET, DEBITVM HONOREM, AC OPTIMO IVRE DEBITAS TANTI BENEFICII GRATIAS AGANT, (NIHIL ENIM MAIORI DIGNVM ET COMMENDATIONE, ET MEMORIA, ET SEMPITERNA GLORIA IN INFINITA POSTERITATE AB ILLIS EXPECTARI POTERAT) EORVM NOMINA ET COGNOMINA PERPETVVM LABORIS, OPERÆ, STVDII, DILIGENTIÆ, ERVDITIONIS, DOCTRINÆ, ANIMIQVE AD CHRISTIANAM REMPVBLICAM PRO VIRIBVS IVVANDAM ADMODVM PROPENSI, CLARVM, ET ILLVSTRE TESTIMONIVM HOC LOCO ADSCRIBI CVRAVIMVS.

Itaque, ne quamplurimos Hispanos, Italos, & Gallos, qui nos sua ope, & auxilio plurimùm iuuerunt, hoc loco referamus: eos tantùm recensebimus, qui ab ipso operis initio ad finem vsque, tum in eo parando, describendo, vertendo, adornando, immutando, aut corrigendo multum laboris, operæ, ac diligentiæ adhibuerunt. ex quorum numero, CHRISTOPHORI PLANTINI *viri de Typographica arte, qua cæteræ omnes illustrantur & viuunt, optimè meriti, summam ingenij dexteritatem, admirabilem prudentiam, sedulam operam, infinitos labores, ac denique omnibus in rebus insignem diligentiam, nemo satis admirari, ac dignis laudibus extollere potest. nec est, Lector, quod pluribus hac de re tecum agam: res enim per se ipsa loquitur. Non solùm enim infinita, tum veterum, tum etiam recentiorum, in omni artium, & scientiarum genere volumina, quæ ab eius prælo in totius Christianæ Reip. gratiam continuò prodeunt, quàm mirificè is rem literariam augeat, amplificet, & exornet, literatis omnibus fidem faciunt: verùmetiam præstantissimus hic sacrosanctæ Theologiæ, & antiquissimarum linguarum Thesaurus, quonam ille sua industria & labore in adiuuanda Rep. sit animo, & huius, & futuri seculi hominibus luculentissimum erit testimonium.*

Maximam verò partẽ eorum, quæ hîc diligenter correcta, exornata, perpolita & elaborata sunt, FRANCISCI RAPHELINGII, *quem sibi generum Plantinus adsciuit, summa industriæ, incredibili diligentiæ, continuæ sedulitati, perspicaci ingenio, & præstanti iudicio, acceptam referre debes. Te enim Lector iudicem appello, vt ex operis ipsius magnitudine, præstantia, & dignitate tute æstimes quot & quales fuerint huius viri labores, & quàm insignis antiquarum linguarum peritia; qua, meo quidem iudicio, nemini suo iure cedit. Amplissimus enim hic scientiarum, & linguarum Thesaurus se, huius viri ope, & industria ita vt vides, correctissimum in lucem prodiisse, sua raritate & excellentia apertè testatur.*

GVIDONEM

GVIDONEM FABRICIVM, *cuius ſuprà meminimus, tum genere, tum ob præclaras animi dotes, verè nobilem, atque inter clariſſimos Galliæ Poëtas non immeritò connumerandum, Catholicæ Eccleſiæ, ac religionis Chriſtianæ ſtudioſiſſimum, Hebraici idiomatis peritiſſimum, atque adeo Syriacæ linguæ inſigni cognitione ornatum, (quod quidem vel ex ipſa Noui Teſtamenti Syriaci latina interpretatione apertè cognoſci poteſt) non eſt quod meis verbis hoc loco commendem: eius quippe inſignis eruditio, & opera, qua nos in hoc opere mirificè iuuit, ipſa per ſe ſatis prædicant à ſtudioſis omnibus huic viro plurimùm deberi.*

NICOLAVM FABRICIVM *Guidonis fratrem, in antiquis, ac potiſſimùm in Hebraica lingua non infeliciter verſatum, qui ſua diligentia & continuis laboribus, in hoc opere tranſcribendo, interpretando & corrigendo inter cæteros nobis etiam adiumento fuit, huic catalogo meritò inſerendum duximus.*

In primis autem ſacrarum literarum ſtudioſi, AVGVSTINO HVNNÆO, *&* CORNELIO GOVDANO, *duobus Louanienſis Gymnaſij luminibus, ſacræ Theologiæ Doctoribus, & publicis profeſſoribus, ac toti rei literariæ addictiſſimis, ingentes habeant gratias. his enim propter inſignem eruditionem, & ſacrarum linguarum non vulgarem cognitionem, optimi Regis mandato, hoc opus euoluendum, ac diligenter examinandum, à Louanienſi Academia commiſſum eſt. Qui quidem, quo ſunt felici ingenio, & maturo, & ad grauiſſimas quaſq; res apto iudicio (adhibito ad eam rem* IOANNE HARLEMIO *ſacræ Theologiæ Licentiato, in omni linguarum genere exercitatiſſimo, S. Scripturæ & Hebraicæ linguæ apud Louanienſes in Societate Ieſu profeſſore) ſuo munere, vt à tantis viris expectari poterat, cum ſumma laude perfuncti ſunt: atque, hac quidem in parte, ipſorum decretum, pro ea, quam obtinent, auctoritate, interpoſitum eſt.*

De me autem, ac de meo labore & induſtria (quantulacumq; ea eſt) nihil profiteor. Hoc tamen vnum non reticebo: me, ſcilicet, continuò immortales Deo gratias agere, quòd decem idiomatum cognitionem pro ſua clementia & benignitate, mihi impertitus ſit. Quorum idiomatum gratia, (cùm ſapientiſſimo, & potentiſſimo Regi noſtro, eiusq; à Conſiliis ampliſſimis viris, ingratus non ſim;) dum plerique grauiſſimi ac doctiſſimi viri in Hiſpania, publicis muneribus, pro ſua quiſque doctrina, & dignitate funguntur: mihi, in hac mea peregrinatione, tantum munus demandatum eſt. In quo quidem, qua ratione ſim verſatus, aliorum eſto iudicium.

AT, NE ERGA EOS, *qui in tranſmittendis ad nos correctiſſimis exemplaribus, aut etiam nobis ſuo conſilio, ope & induſtria in hoc opere adfuerunt, ingrati animi vitio laborare videamur: atque, vt tuo, Lector, deſiderio, hac etiam in parte abundè ſatisfaciamus; nomina præſtantiſſimorum quorundam virorum, qui egregiam operam nobiſcum conſumpſerunt, & quibus non parum debent ſacrarum literarum ſtudioſi, hoc loco cæteris adiecimus. Inter quos* CARDINALI SPINOSÆ, *Regij, in Hiſpaniis ſummi conſilij, & ſanctæ Inquiſitionis Præſidi Ampliſſimo, non paruæ ſunt habendæ gratiæ. eius enim conſilio & fauore, conuocatis etiam ad eam rem præſtãtiſſimis viris, Regiq; à Conſiliis, Rex noſter optimus & ſapientiſſimus, præſtantiſſima hæc Biblia inchoari, & ad finem perduci voluit.*

COMPLVTENSI ACADEMIÆ *multùm debent literati homines. Illa enim, duobus & quadraginta Theologiæ Doctoribus vndique collectis, ſuo ſuffragio Regis inſtitutum velut ſanctiſſimum comprobauit.*

Nec verò GRANVELLANVS CARDINALIS *Ampliſsimus hoc loco nobis defuit: pro eo enim quo erga rem literariam, ac potiſsimùm ſacroſanctæ Theologiæ ſtudia eſt propenſo animo, Bibliorum Græcorum exemplaria, ſuis impenſis ad Vaticanorum fidem deſcripta, ac diligentiſsimè collata, ad nos oportunè tranſmiſit.*

Nec poſſum, Lector, SIRLETI *etiam* CARDINALIS *operam, laborem, induſtriam, ac doctrinam propè ſingularem tibi non vehementer commendare. Is enim, præter grauiſsimas occupationes, quibus Ampliſsimus & ſacratiſsimus Cardinalium ordo diſtineri ſolet, ani-*

mum ad ſacrarum literarum ſtudia ita conuertit, vt iam Theologorum labor in perquirendis ſacrorum voluminum variis lectionibus, magna ex parte ſit ſubleuatus: tanta enim induſtria & iudicio eas collegit, & quas ſequi, & quas reiicere oporteat, ita doctè admonuit, vt meritò tanti beneficij immortales gratias ampliſsimo huic viro habere debeas.

IOANNES REGLA *feliciſsimæ memoriæ Caroli Quinti Cæſaris Inuictiſsimi Confeſſor (quem vocant) inſtituti Hieronymiani apud Hiſpanos ſuam hac etiam in parte præſtitit operam.*

PETRVS SERRANVS *Cordubenſis, in Complutenſi Academia Theologiæ Doctor,* F. LVDOVICVS STRADA *Theologus Abulenſis,* AMBROSIVS MORVS *Cordubẽſis omni diſciplinarum genere ornatus, &* GABRIEL ZAYAS *regiorum (quos vocant) Statuum à ſecretis, ſuis votis, & diligenti procuratione, vt hoc opus quale eſt, in lucem prodiret, pro viribus effecerunt.*

Ab ANDREA MASIO *viro à Conſiliis, & ſecretis Ducis Cliuiæ, plerisque valde doctis annotationibus, & Chaldaica Paraphraſi in priores Prophetas, Pſalmos, Eccleſiaſten, & Ruth, ope Hiſpani exemplaris à ſe Romæ inuenti, &, quod maximum eſt, Dictionario Syriaco cum eiuſdem idiomatis doctiſsima Grammatica aucti ſumus. ſummam certè cõmendationem præſtantiſsimus & antiquarum linguarum peritiſsimus hic vir apud omnes ſtudioſos meretur.*

Eſt etiam nobis à CLEMENTE ANGLO *Philoſophiæ, & Medicinæ Doctore, qui in hiſce regionibus propter Chriſtianam religionem exulat, exhibitum Pentateuchi Græci, ex Thomæ Mori Bibliotheca elegantiſsimum exemplar.*

His autem omnibus addo GVLIELMVM CANTERVM, *virum præter generis nobilitatem, & rei familiaris amplitudinem, in Græcis, & Latinis literis feliciter verſatum, reiq; publicæ ſtudioſiſsimum, atque adeo de hoc opere omni ex parte benemeritum.*

Detulimus & nos ex Complutenſi Bibliotheca poſteriorum Prophetarum Paraphraſim Latinam ex Chaldaica factam: Atque adeo ex noſtra antiquiſsimum exemplar poſteriorum Prophetarum Hebraicè, & Chaldaicè ſcriptum.

CHRISTOPHORVS PLANTINVS *habuit penes ſe Complutenſia Bibliorum exemplaria excuſa. Præterea Veneta, Hebraica, Chaldaica, & Græca, & Germanica Hebræa, & alia ſuis typis aliàs impreſſa: deinde Græca omnia, quæ quidem in Galliis, & Germania extant celeberrima.*

DANIEL BOMBERGVS *pius & doctus vir, & paterni tum nominis, tum ingenij hæres, Noui Teſtamenti antiquiſsimũ exemplar Syriacum Colonia Agrippina ad nos attulit. quod quidem magno nobis fuit vſui, & commodo. Id enim contulimus cum ijs noſtris, quæ Ferdinandi optimi ac piiſsimi Imperatoris beneficio, paucos ante annos cum Latina Eccleſia communicata fuerant.*

Itaque iam ex te ipſe, Lector, facilè potes coniicere, quale & quantum munus tibi offeratur: cùm ad id parandum tot, & tam inſignium virorum induſtria, & ſingularis, qua præditi ſunt, doctrina acceſſerit. Supereſt tantùm, vt omnes vno ore à Deo Opt. Max. continuis precibus expoſtulemus, vt Chriſtiana Reſp. cuius vtilitati omnes hi labores conſecrati ſunt, tanto hoc munere, quàm fieri poteſt diutiſsimè ac feliciſsimè fruatur. Vale. Datum Antuerpiæ. X. CAL. SEXTILES. CIↃ IↃ LXXI.

PHILIPPVS II. HISPANIARVM REX FERDINANDO ALBÆ DVCI, SVO APVD BELGAS PRAEFECTO,

Affini chariſsimo S.

NOn es neſcius, vt opinor, quantã Catholica Eccleſia perceperit vtilitatem ex præſtantiſſimo illo Bibliorum trilinguiũ opere, Franciſci Ximenij Cardinalis, atq. Archiepiſcopi, dum viueret, Toletani ſingulari induſtria, & maximis ſumptibus, iã ante multos annos Compluti excuſo. Vix enim dici poteſt quam gratiam inierit, & quantã apud omnes ſacrarum literarum ſtudioſos præ cæteris auctoritatem obtinuerit. quod quidẽ vel ex eo apertè cognoſci poteſt, quòd in tota paſſim Europa id ita feliciter diſtractũ eſt, vt hodierno die, non modò non venale alicubi exhibeatur, ſed vt ne vnus quidem illorum apud quos eſt, vt eo careat, aliquo pretio adduci poſſit. Ea quippe rerum pretioſarum ſolet eſſe raritas. Qua quidem ex re non minimũ rei literariæ incommodum afferri palàm eſt. Infinitos enim eſſe quorum ſtudia, eo quòd tanto theſauro carent, retardantur, nemo eſt qui dubitet. Quamobrem cùm à Chriſtophoro Plantino ciue Antuerpienſi, de arte Typographica, vt accepimus, benemerito, opus Complutenſi illi ſimile, aut illo etiam maius & elegantius parari intellexerimus, eiuſque rei magnitudini hominis tum induſtriam, tum etiam diligentiam ſufficere poſſe cognouerimus: ad Regiæ dignitatis, quam cæleſtis Maieſtatis beneficio obtinemus, præcipuas curas maximè pertinere exiſtimauimus, hac quoq. in parte, Chriſtianæ Reip. non deeſſe. Re igitur cum ſupremi noſtri & ſanctæ Inquiſitionis Conſilij Præſide, atq. aliis compluribus viris, quorum erga Deum pietatem, & erga nos fidem, & ſacrarum literarum inſignem peritiam iam diu cognitam perſpectámque habemus, communicata; & noſtro hoc conſilio non ſolùm omnium ſuffragiis valde comprobato, verùm etiã ſummè collaudato: Deo nos opus gratiſſimum, Chriſtianæ verò Reip. vtiliſſimum facturos exiſtimauimus, ſi vt præſtantiſſima ea Biblia linguarum diuerſitate, characterum elegantia, ac omni denique ornatu & ſplẽdore illuſtrata in lucem prodirent, efficeremus, ac piis eius viri conatibus noſtro auxilio & auctoritate adeſſemus. Vt igitur conſilium hoc noſtrum ad eum, quem optamus, finem perducatur: ex eorum ſententia, qui à nobis ad hanc deliberationem adhibiti ſunt, Benedicto Ariæ Montano Doctori Theologo ex aulicis & ſacerdotibus noſtris, cuius linguarum ferè omnium opportunam cognitionem, & bonarum omnium artium ac diſciplinarum non vulgarẽ peritiam, atque adeo inſignẽ morũ probitatem nobis abundãti exemplo, atque tibi omnibus his nominibus noto perſpectã habemus, eius negotij executionẽ cõmiſimus. Eum itaq. in iſtas regiones quibus tu noſtro nomine præes, miſſum & auctoritate noſtra communitum & noſtro inſtructum conſilio, vt ex diplomate quod ei dedimus, atq. ex ipſo abundè cognoſces, pro eo quo es erga religionẽ Chriſtianam ſtudio, atque erga nos reuerentia, & humaniter, & honorificè à te exceptum iri confidimus. Gratam certè nobis rem feceris, ſi, in iis quæ ad totius operis procurationem & incrementum, ipſiúſque Montani commoditatem, aut etiam amplitudinem pertinebunt, ei non deeris. Simulac igitur ex hiſce literis noſtris totius noſtri conſilij rationem acceperis; Plantino quo loci fueris accerſito, eíque hac de re, voluntate noſtra, præter eas quas ad eum dedimus literas, per te coràm expoſita, vt omnem operam & ſedulitatem in toto hoc opere adhibeat, noſtro nomine commendabis. Literas præterea ad Antuerpiẽſem Magiſtratum dabis, quibus, vt eo, quo decet, honore ipſum Montanum veluti ex familia noſtra hominem excipiant, eiúsq. procurationem, quo ad fieri poterit,

 commen-

commendatam habeant noſtro etiam nomine ſignificabis. Spes certè nos magna tenet, fore, vt hoc Chriſtianæ Reip. adeo neceſſarium opus ad eum, quem ſperamus exitum feliciter, diuina fauente clementia, tandem aliquando perducatur, ſi tu, vt confidimus, quam in rebus noſtris vigilantiam & curam ponere ſolitus es, hac etiam in parte adhibebis. Vale. Datum Madriti VIII. Cal. April. M. D. LXVIII.

EGO REX

Çayas.

PHILIPPVS DEI GRATIA REX HISPANIARVM, VTRIVSQVE SICILIAE, HIERVSALEM, &c.

Fideli nobis dilecto Chriſtophoro Plantino Typographo Antuerpienſi.

FIDELIS *nobis dilecte, Ex literis à Caya datis, intellexiſſe te arbitramur, quantum nobis Bibliorum quinquelinguium, quæ ad Complutenſis exemplaris formam excudere paras, & characteres ipſi, & ſpecimen omne placuerit, quamq; vehementer conſilium iſtud, inceptumq; tuum, ob communem Catholicæ Eccleſiæ vtilitatem fuerit etiam probatum, dignumq; iudicatum, quod auctoritate dignitatéque noſtra, atque omni opportuno ſubſidio proſequeremur, cùm officij, ſtudijq; noſtri ſit, diuinas res, & quæ ad veram pietatem, Catholicamq; Eccleſiam pertineant, in primis procurare, promouere, & tueri. Quamobrem Benedicto Ariam Montanum, Doctorem Theologum, ex aulæ noſtræ ſacerdotibus iſtuc cum literis, & commoda, ad eam adminiſtrandam rem, facultate, legare decreuimus. Vbi igitur conſilij noſtri rationem ex Albano Duce (qui noſtro nomine, & belli et pacis rebus in iſtis regionibus noſtris præeſt) atque ex ipſius Benedicti expoſitione cognoueris, gratiſſimum ſanè nobis, atque iſtam tua in nos reuerentia et fide dignum officium feceris, ſi ad ſacros libros, illis linguis et characteribus excudendos, omni diligentia atque opera perquam maturè accingaris, remq; ipſam ad eum, quem ſperamus, exitum perducas. Aderit tibi noſtro nomine atque auctoritate ipſe Benedictus Arias, cui cùm et Theologiæ facultatis, et linguarum non vulgarem peritiam eſſe cognouerimus, id curæ atque oneris impoſuimus (homini aliàs ex familia auláque noſtra, atque ſatis ſpectatæ erga nos fidei) vt te in ea re quàm plurimùm, tum conſilio atque opera, tum etiam recognoſcendo opere ipſo adiuuet. tibi autem voluntatem noſtram obſeruandam proponimus, nequid, videlicet, hac in adornanda atque expedienda impreſſione, præter eius Montani cognitionem ſententiamq; fiat. Nam præterquam quod id operis ipſius magnitudo, grauitas, et dignitas, atque vniuerſæ Chriſtianæ religionis vſus poſtulat, noſtræ etiam, de eo opere ornando atque amplificando, voluntati ſatisfiet. Et ea re, nos ad omnem honeſtam, opportunámque cauſam tuam, benignè paratos reddes. Datum Madriti, Octauo Cal. April. M. D. LXVIII.*

Philippus.

Gab:de Çayas.

PHILIPPVS DEI GRATIA REX HISPANIARVM, VTRIVSQVE SICILIÆ, HIERVSALEM, &c.

Venerabilibus deuotis nobis dilectis Rectori, Decanis, ac Doctoribus filiæ nostræ Vniuersitatis Louanienſis.

VENERABILES deuoti nobis dilecti, Benedictus Arias Montanus Doctor Theologus, Capellanus, & familiaris noſter, certiores nos per epiſtolam fecit, & ſe à vobis gratè, ac liberaliter exceptum, & noſtrũ de imprimendis, ad publicam vtilitatem, quinquelinguibus Bibliis, conſilium (cuius rei cauſa ille iſtuc venerat) vehementer probatum, laudatumque fuiſſe; vtpote, quibus ex ſacrarum diſciplinarum cognitione, & perpetuo religionis Catholicæ ſtudio, horum etiam Bibliorum ſumma vtilitas, & maxima ad totius Catholicæ Eccleſiæ vſum commoditas explorata ſit; cuius quidem Eccleſiæ omni ex parte iuuandæ, ſumma atque optima cura nos præcipuè tangimur. Idẽ etiam Benedictus ſibi, ab iſtius Academiæ Theologis operam, ſedulitatem, & omne, ad hanc, quam molimur, impreſſionem, opportunum officium, vltro ac libenter oblata, promiſſaque eſſe, narrauit, atque ea in re, veſtrum erga ſacroſanctam religionem, ergaque nos eximium ſtudium, & ſingularem fidem, plurimùm commendans: quantum etiam ſibi iſtius Vniuerſitatis pietas, ordo, decor, diſciplina, exercitatio, denique vniuerſa ratio placuerit, ſignificauit. Quæ quidem omnia, etſi ex diuturna veſtrarum rerum obſeruatione, & notitia nobis perſpecta iam pridem ſunt; tamẽ eius teſtimonio cognouiſſe gratum fuit, cuius erga religionem ſtudium, & erga nos fides, cum non vulgari bonarum literarum peritia, probata ſunt. Placuit igitur nobis, has ad vos literas dare, quibus ea, quæ ille de vobis, de officiis, ſtudiiſq. veſtris, ac de integra iſtius inſignis Vniuerſitatis re, ſcripſerit, iucunda fuiſſe teſtemur, atque oblata à vobis ad dictorum Bibliorum commodiſſimam expeditionem omnia conſilij, operæ, ac ſedulitatis officia, præter publicam Eccleſiaſticæ rei (quæ in hoc opere agitur, & vobis communis quoque eſſe debet) curam, fidelis etiam nos obſequij, & diligentis ſtudij nomine, inter alia veſtra, quæ iam conſtant, quæque porro expectantur, peculiariter acceptũ iri confirmemus. Si quid præterea in priuata eiuſdem Montani cauſa à vobis præſtitum fuerit, id etiam pergratum nobis fore recipimus; quòd illum, tum ob alia, tum ob ſpectatam in nos fidem, & grata obſequia, diligamus. Datum Madriti, XVIII. Cal. Septembris. M. D. LXVIII.

Philippus.

Gab:de Çayas.

ACTORVM PVBLICOR.
AD REGIA BIBLIA ET
SACRVM APPARATVM PERTI-
NENTIVM EXEMPLA
PRÆCIPVA.

PHILIPPVS II. HISPANIARVM
REX FERDINANDO ALBÆ DVCI, SVO
APVD BELGAS PRÆFECTO,

Affini chariſsimo S.

NOn es neſcius, vt opinor, quantam Catholica Eccleſia perceperit vtilitatem ex præſtantiſſimo illo Bibliorum trilinguium opere, Franciſci Ximenij Cardinalis, atque Archiepiſcopi, dum viueret, Toletani ſingulari induſtria, & maximis ſumptibus, iam ante multos annos Compluti excuſo. Vix enim dici poteſt quam gratiam inierit, & quantam apud omnes ſacrarum literarum ſtudioſos præ cæteris auctoritatem obtinuerit. quod quidem vel ex eo apertè cognoſci poteſt, quòd in tota paſſim Europa id ita feliciter diſtractum eſt, vt hodierno die, non modò nõ venale alicubi exhibeatur, ſed vt ne vnus quidem illorum apud quos eſt, vt eo careat, aliquo pretio adduci poſſit. Ea quippe rerum pretioſarum ſolet eſſe raritas. Qua quidẽ ex re non minimum rei literariæ incommodum afferri palàm eſt. infinitos enim eſſe, quorum ſtudia, eò quòd tanto theſauro carent, retardantur, nemo eſt qui dubitet. Quamobrem cùm à Chriſtophoro Plantino ciue Antuerpienſi, de arte Typographica, vt accepimus, bene merito, opus Complutenſi illi ſimile, aut illo etiam maius & elegantius parari intellexerimus, eiusque rei magnitudini hominis tum induſtriam, tum etiam diligentiam ſufficere poſſe cognouerimus: ad Regiæ dignitatis, quam cæleſtis Maieſtatis beneficio obtinemus, præcipuas curas maximè pertinere exiſtimauimus, hac quoque in parte Chriſtianæ Reip. non deeſſe. Re igitur cum ſupremi noſtri & ſanctę Inquiſitionis Conſilij Preſide, atque aliis compluribus viris, quorum erga Deum pietatem, & erga nos fidem, & ſacrarum literarum inſignem peritiam iam diu cognitã perſpectamque habemus, communicata; & noſtro hoc conſilio non ſolùm omnium ſuf-

fragiis

fragiis valde comprobato, verùm etiã ſummè collaudato: Deo nos opus gratiſsimum, Chriſtianæ verò Reip. vtiliſsimum facturos exiſtimauimus, ſi vt præſtantiſsima ea Biblia linguarũ diuerſitate, characterum elegantia, ac omni denique ornatu & ſplendore illuſtrata in lucem prodirent, efficeremus, ac piis eius viri conatibus noſtro auxilio & auctoritate adeſſemus. Vt igitur conſilium hoc noſtrum ad eum, quem optamus, finem perducatur; ex eorum ſentẽtia, qui à nobis ad hanc deliberationem adhibiti ſunt, Benedicto Ariæ Montano Doctori Theologo ex aulicis & ſacerdotibus noſtris, cuius linguarum ferè omnium opportunam cognitionem, & bonarum omnium artium ac diſciplinarum non vulgarem peritiam, atque adeò inſignem morum probitatem nobis abundanti exemplo, atque tibi omnibus his nominibus noto perſpectam habemus, eius negotij executionem commiſimus. Eum itaque in iſtas regiones, quibus tu noſtro nomine præes, miſſum & auctoritate noſtra communitum, & noſtro inſtructum conſilio, vt ex diplomate quod ei dedimus, atque ex ipſo abundè cognoſces, pro eo quo es erga Religionem Chriſtianam ſtudio, atque erga nos reuerentia, & humaniter, & honorificè à te exceptum iri confidimus. Gratam certè nobis rem feceris, ſi in iis, quæ ad totius operis procurationem & incrementum, ipſiuſque Montani commoditatem, aut etiam amplitudinem pertinebunt, ei non deeris. Simulac igitur ex hiſce literis noſtris totius noſtri conſilij rationem acceperis; Plantino quò loci fueris accerſito, eique hac de re, voluntate noſtra, præter eas quas ad eum dedimus literas, per te coràm expoſita, vt omnem operam & ſedulitatem in toto hoc opere adhibeat, noſtro nomine commẽdabis. Literas præterea ad Antuerpienſem Magiſtratum dabis, quibus, vt eo, quo decet, honore ipſum Montanum veluti ex familia noſtra hominem excipiant, eiuſque procurationem, quoad fieri poterit, commẽdatam habeant, noſtro etiam nomine ſignificabis. Spes certè nos magna fouet, fore, vt hoc Chriſtianæ Reip. adeò neceſſarium opus ad eũ, quem ſperamus, exitum, feliciter, diuina fauente clementia, tandem aliquando perducatur, ſi tu, vt confidimus, quam in rebus noſtris vigilantiam & curam ponere ſolitus es, hac etiam in parte adhibebis. Vale. Datum Madriti, VIII. Calend. April. M. D. LXVIII.

EGO REX.

Çayas.

PHILIPPVS DEI GRATIA

REX HISPANIARVM, VTRIVSQVE SICILIÆ, HIERVSALEM, &c.

Fideli nobis dilecto Christophoro Plantino Typographo Antuerpiensi.

FIDELIS *nobis dilecte, Ex literis à Cayа datis, intellexisse te arbitramur, quantum nobis Bibliorum quinquelinguium, quæ ad Complutensis exemplaris formam excudere paras, & characteres ipsi, & specimen omne placuerit, quamq; vehementer consilium istud, inceptumq; tuum, ob communem Catholicæ Ecclesiæ vtilitatem fuerit etiam probatum, dignumq; iudicatum, quod auctoritate dignitateq; nostra, atque omni opportuno subsidio prosequeremur, cùm officij, studijq; nostri sit, diuinas res, & quæ ad veram pietatem, Catholicamq; Ecclesiam pertineant, in primis procurare, promouere, & tueri. Quamobrem Benedictum Ariam Montanum, Doctorem Theologum, ex aulæ nostræ sacerdotibus istuc cum literis, & commoda, ad eam administrandam rem, facultate, legare decreuimus. Vbi igitur consilij nostri rationem ex Albano Duce (qui nostro nomine & belli & pacis rebus in istis regionibus nostris præest) atque ex ipsius Benedicti expositione cognoueris, gratissimum sanè nobis, atque ista tua in nos reuerentia & fide dignum officium feceris, si ad sacros libros, illis linguis & characteribus excudendos, omni diligentia atque opera perquam maturè accingaris, remq; ipsam ad eum, quem speramus, exitum perducas. Aderit tibi nostro nomine atque auctoritate ipse Benedictus Arias, cui cùm & Theologiæ facultatis, & linguarum non vulgarem peritiam esse cognouerimus, id curæ atque oneris imposuimus (homini aliàs ex familia aulaq; nostra, atque satis spectata erga nos fidei) vt te in ea re quàm plurimùm, tum consilio atque opera, tum etiam recognoscendo opere ipso adiuuet. Tibi autem voluntatem nostram obseruandam proponimus; nequid, videlicet, hac in adornanda atque expediенda impressione, præter eius Montani cognitionem sententiamq; fiat. Nam præterquam quòd id operis ipsius magnitudo, grauitas, & dignitas, atque vniuersa Christiana Religionis vsus postulat, nostra etiam, de eo opere ornando atque amplificando, voluntati satisfiet. Et ea re, nos ad omnem honestam, opportunamq; causam tuam, benignè paratos reddes. Datum Madriti, octauo Cal. April.* M. D. LXVIII.

Philippus.

Gab: de Cayas.

BENED. ARIÆ MONTANI

APVD LOVANIENSEM

ACADEMIAM LEGATIONIS SVÆ

EXPOSITIO FACTA X. CAL. IVN. AN. M. D. LXVIII.

PHILIPPVS Rex noſter, idemque dominus meus, cuius regiæ aulæ familiaris ego ſum, vt eſt ille maxima in rebus omnibus, quæ ad Chriſtianam remp. & Catholicæ Eccleſiæ vtilitatem pertinere poſſunt, prouidentia & cura; inter cæteras animi ſui cogitationes, quibus aſſiduè vt ſacroſanctæ Religioni proſpiciat, intentus eſt; illud non poſtremo loco habuit, prouidere videlicet, quemadmodum ſacra Biblia, iis linguis, quæ antiquâ Eccleſiæ probatione & ſententia exemplares habentur, integra, incorrupta, auguſta, ſanctaque, cum cura, tum dignitate auctoritateque ſua tueretur: atque illuſtria illa & celeberrima exemplaria, quæ à Cardinale olim Ximenio, Hiſpaniarum præfecto, Complutenſis Academiæ inſtitutore magnis ſumptibus excuſa, nunc magno multorum deſiderio petuntur, doctis omnibus & piis viris communicaret. Igitur cùm diu multumque de ea re deliberaſſet, ad id tandem conſilium eſt adductus, vt huiuſmodi ſanctiſſimos libros in hac Belgica regione (quæ non minùs ab illo quàm propria patria diligitur) excudendos decerneret, vteturque ad eam rem Chriſtophori Plantini Antuerpienſis ciuis opera; cuius fides & in typographica arte diligentia & elegantia, magno cum prouinciæ huius honore, tum Regi ipſi cognita, tum omnium etiam doctorũ per vniuerſam Europam iudicio probata eſt. Id verò negotij atque oneris mihi impoſuit, vt nomine auctoritateque ſua functus, huic operi procurando præeſſem: id quod ipſe quanquam difficile admodum atque tædioſum exiſtimarem, tamen reuerenter ſubij; non quòd me ea facultate præditum putem, vt ad ferendum idoneus eſſe poſſim (equidem non hac modò, ſed quacunque etiam minori gerẽda re longè inferiorẽ me agnoſco;) ſed quòd Dei auxilium (cuius cauſa in hoc negotio agitur) aſſiduis precibus expetendum mihi non defuturũ ſperauerim primùm; deinde omnẽ ex vobis in hac re operam, ſedulitatem, atque diligentiam, & Regi ipſi noſtro & mihi promitterem. qui qua eſtis eruditione, & doctrina maxima, & ardẽtiſſimo in Eccleſiæ vtilitatem & publicam literariam rem ſtudio, ſingulari etiam in Regem noſtrum obſeruantia & fide, communem hanc catholicæ Religionis & ſtudioſorum omnium cauſam iuuare plurimùm & promouere potestis. id quod Rex ipſe noſter à vobis, ſi quando res id exigat, & ſibi pollicitus eſt & ſperat; ac demum præſtitum grato ac Regio animo ita excipiet, vt neminem vnquam veſtrum benignitatis erga ſe illius pœnitere poſſit. Vt autem muneris atque legationis meæ fides vobis fiat, Albani Ducis ſummi in his prouinciis Regia auctoritate & nomine imperatoris ac præſidis literas, Regis ipſius iuſſu ad vos datas, reddo.

PHILIPPVS DEI GRATIA

REX HISPANIARVM, VTRIVSQVE SICILIÆ, HIERVSALEM, &c.

Venerabilibus deuotis nobis dilectis Rectori, Decanis, ac Doctoribus filiæ noſtræ Vniuerſitatis Louanienſis.

VENERABILES deuoti nobis dilecti, Benedictus Arias Montanus Doctor Theologus, Capellanus, & familiaris noſter, certiores nos per epiſtolam fecit, & ſe à vobis gratè ac liberaliter exceptum, & noſtrum de imprimendis, ad publicam vtilitatem, Quinquelinguibus Bibliis cõſilium (cuius rei cauſa ille iſtuc venerat) vehementer probatum, laudatumque fuiſſe; vtpote, quibus ex ſacrarum diſciplinarum cognitione, & perpetuo religionis Catholicæ ſtudio, horum etiam Bibliorum ſumma vtilitas, & maxima ad totius Catholicæ Eccleſiæ vſum commoditas explorata ſit; cuius quidem Eccleſiæ omni ex parte iuuandæ, ſumma atque optima cura nos præcipuè tangimur. Idem etiam Benedictus ſibi, ab iſtius Academiæ Theologis operam, ſedulitatem, & omne ad hanc, quam molimur, impreſſionem opportunum officium, vltro ac libenter oblata promiſſaque eſſe, narrauit, atque ea in re, veſtrum erga ſacroſanctam Religionem, ergaque nos eximium ſtudiũ, & ſingularem fidem, plurimùm commendans: quantum etiam ſibi iſtius Vniuerſitatis pietas, ordo, decor, diſciplina, exercitatio, denique vniuerſa ratio placuerit, ſignificauit. Quæ quidem omnia, etſi ex diuturna veſtrarum rerum obſeruatione, & notitia nobis perſpecta iam pridem ſunt; tamen eius teſtimonio cognouiſſe gratum fuit, cuius erga Religionem ſtudium, & erga nos fides, cum non vulgari bonarum literarum peritia, probata ſunt.

Placuit igitur nobis, has ad vos literas dare, quibus ea, quæ ille de vobis, de officiis, ſtudiisque veſtris, ac de integra iſtius inſignis Vniuerſitatis re, ſcripſerit, iucũda fuiſſe teſtemur, atque oblata à vobis ad dictorum Bibliorum commodiſſimam expeditionem omnia cõſilij, operæ, ac ſedulitatis officia, præter publicam Eccleſiaſticæ rei (quæ in hoc opere agitur, & vobis communis quoque eſſe debet) curam, fidelis etiam nos obſequij, & diligentis ſtudij nomine, inter alia veſtra, quæ iam conſtant, quæque porrò expectantur, peculiariter acceptum iri confirmemus. Si quid præterea in priuata eiuſdem Montani cauſa à vobis præſtitum fuerit, id etiam pergratum nobis fore recipimus; quòd illum, tum ob alia, tum ob ſpectatam in nos fidem, & grata obſequia, diligamus. Datum Madriti, XVIII. Calend. Septemb. M. D. LXVIII.

Philippus.

Gab: de Cayas.

DELIBERATIONIS A BENED.
ARIA MONTANO LOVANIENSI
ACADEMIÆ PRIDIE FESTI OMNIVM SANCTORVM
ANNI M. D. LXVIII. PROPOSITAE EXEMPLVM.

BENEDICTVS Arias Montanus Hiſpalenſis Doctor Theologus, Philippi Regis Catholici aulæ familiaris ac ſacerdos, atque in hanc prouinciam Regia auctoritate ad eam rem legatus, vt excudendis Antuerpiæ quadrilinguibus Bibliis adſit, & quicquid ad eius operis perfectionem cõferre poſſe intellexerit, diligenter curet, vt in legationis ſuę exemplis & mandatis pleniùs cõtinetur, inſigni huic & piiſſimæ atque catholicæ Louanienſi Academiæ, quam ſemel iam inuiſerat & ſalutauerat, Chriſtianam pacem omnemq́ue amplitudinem & felicitatẽ publicè ac priuatè imprimis cupit & precatur. Deinde verò, præclarum opus hoc, quod ad totius Catholicæ Eccleſiæ vtilitatem inſtitutum inceptumq́ue eſt, vt communem cauſam, denuo commẽdat. Siquidem cùm ipſe apud Complutenſem Academiam, vnde huius operis exemplum primum extiterat, ex Regis mandato ac ſupremi inquiſitionis Senatus Præſidis ſentẽtia libera legatione fungeretur, illam tantùm rem agendam ſibi eſſe duxit, vt de operis ipſius inſtaurandi vtilitate conſultaretur; quam cùm maximam, certiſſimam & perpetuam fore, omnibus omnium ſententiis eſſet iudicatum, de cæteris omnibus rebus, quæ ad huius operis commoditatem, ſplendorem atque amplitudinem facere poſſent, accuratè inſpiciendis & iudicandis, ad hunc pientiſſimum & doctiſſimum ſenatum, vtpote loco ipſi, in quo opus inſtruitur viciniſſimũ, & omnibus partibus oportuniſſimum, referre conſtituit. Igitur duo nunc in primis apud ampliſſimam hanc Academiam agenda illi in hac cauſa ſunt, quorum alterum illud eſt: Cùm Catholicus Rex noſter opus hoc, non modò oportunis Dictionariis inſtructum, ſed omnibus partibus, quæcunque ad vſum commoditatemq́ue ſtudioſorum facere poſſunt, auctum eſſe voluerit, videri multis doctis ac piis viris, non huius regionis tantùm, ſed Hiſpanis maximè ex Complutenſi Academia, quibus hoc conſilium eſt communicatum, Italis & Gallis etiam, verſionem aliquam ex Hebræo literalem, ſiue ad verbum, vt vocant, addi oportere, vt iis, qui in illa lingua ſeſe exercere voluerint, hac commoditate conſulatur, ſicut Græcis & Chaldæis, verſione etiam adiuncta, conſulitur. Sed cùm iis, quæ per ſingulas paginas impreſſæ ſunt, columnis nihil addi poſſit, quod operis dignitatem ac puritatem quodammodo non premat, eiuſmodi verſio ſeorſim imprimẽda atque inter cæteras Apparatus partes collocanda videtur.

Ex verſionibus verò iis quæ ad verbũ hactenus extitêre, illa præcipuè doctis probatur quæ à Xanctio Pagnino Vaticanæ bibliothecæ quondam præfecto edita fuit, tum quòd ſummorum Pontificum priuilegiis comprobata, tum etiam quòd ea ad eum, propter quem edita eſt, vſum, commoditatis plurimum, ſuſpitionis & offenſionis minimum habere cenſeatur. Huius autem rei ſtatuendæ conſilium & iudicium penes præclaram Louanienſem Academiam hanc ex Regis noſtri mandato eſſe decreui legatus, vt qui probè intellexerit, nihil veſtris ſententiis ſtatuendum fore quod maturè deliberatum rectèque perſpectum non fuerit.

Quærit igitur primùm: An ad ſtudioſorum vtilitatem & operis ornamentum verſionem aliquam ex Hebraico ad verbum in Apparatu addi placeat: Et ſi placuerit, quænam ex iis, quæ circunferuntur potiſſimùm probetur. Deinde orat, vt eam, quæ maximè probata fuerit, doctiſſimis ex ſenatu veſtro in Theologiæ diſciplina & linguarum peritiſſimis viris relegendam committatis; vt ſi quid vel correctione vel annotatione indigere deprehẽſum fuerit, quod cum ſanctis ac receptis dogmatis pugnet, id animaduerſione oportuna obſeruetur.

Alterum verò, quod curari cupit, illud eſt: Vt Chaldaicæ paraphraſeos Latinam verſionem, quæ in Complutenſibus Bibliis, præterquam in Pentateucho deſiderabatur, quam is Compluto ex Regis noſtri iuſſu allatam ſuis locis additurus eſt, antequam prælo mandetur, eruditis ac piis vni vel pluribus ſimul aut per partes commiſſa relegatur, & ex more approbetur. Nam cùm in Hiſpania iam olim Cardinalis Ximenius Complutenſium Bibliorum auctor paraphraſin illam Latinè ex verbo redditam curatam & pene correctam atque expurgatam edere ſeorſim moliretur, morte præuentus abſoluere quod inſtituerat non potuit. Orat igitur vt hunc laborem ſubire non pigeat, qui Deo imprimis, Regi noſtro gratiſſimus, Eccleſiæ vtiliſſimus, atque Academiæ huic honeſtiſſimus eſt futurus.

PHILIPPO II. REGI

CATHOLICO, ET MONARCHÆ POTENTISSIMO,

Sacroſanctæque & diuinitus acceptæ Religionis propugnatori acerrimo, perpetuam felicitatem.

VESTRAE Regiæ & Catholicæ Maieſtatis literas, Philippe Rex inuictiſſime, omni erga nos amore atque benignitate & erga vniuerſam remp. Chriſtianam pietate atque charitate refertiſſimas eruditiſſimus ſacræ Theologiæ doctor veſtriqúe ſacerdotalis collegij venerandus presbyter Benedictus Arias Montanus nobis reddidit: quæ quidem licet obſeruantiam noſtram, qua Regiam Maieſtatẽ veſtram hactenus ſemper coluimus, ſedulamque quam in eius mandatis exequẽdis præſtitimus fidem (eæ enim, vt ingenuè quod verum eſt fateamur, antea ſummæ erãt) augere vix potuerint; incredibile tamen dictu quantum omnium noſtrũ animos exhilararint, & in priſtino officio prioreq; erga veſtram Regiam Maieſtatem obſeruantia noui & incõparabilis beneficij, quo nos vniuerſamque remp. Chriſtianam Regia veſtra Maieſtas pro ſua munificentia afficere conſtituerat, denuntiatione confirmarint. His enim diligenter & attentè perlectis, expoſitioneque mandatorum, quæ commemoratus dominus Arias Montanus ad nos habebat, audita, quum intelligeremus veſtram Regiam Maieſtatem in medio grauiſſimorum & periculoſiſsimorũ bellorum feruore de Catholica religione non tantùm armis fortiter propugnanda, ſed etiam ſalutaris doctrinæ & veritatis cognitione inſigniter exornanda atque inſtruenda cogitare, ideoque iubere vt ſacra Biblia cum optimis antiquiſsimisque ipſorum verſionibus ſumma cura ſummaque fide nitidiſsimis exquiſitiſsimisq; Chriſtophori Plantini typographi præſtantiſsimi typis imprimerẽtur, ac ad huius operis (quo nullum præclarius, nullum magnificentius poſt typographicam artem in lucem prodiit) celeriorem & expeditiorem abſolutionem ingentem pecuniæ vim ad ſubleuandos typographi ſumptus liberaliter offerre, maximam nobis omnibus hæc res commouit admirationem, & vt moderationem qua Maieſtas veſtra Regia ampliſsimas & longiſsimè latiſsimeque patentes regiones iam multos annos feliciter adminiſtrat, non tam humano quàm diuino conſilio niti atque dirigi certò crederemus, effecit. Itaque Deo opt. max. in primis, qui hanc mentem proculdubio veſtræ Regiæ Maieſtati inſpirauit, & deinde veſtræ Maieſtati Regiæ, quæ diuinæ inſpirationi tam prompto animo obediuit, tum noſtræ huius Louanienſis academiæ (ad quam non vtilitas modò, ſed etiam non contemnẽdus honor tam præclari operis & beneficij omnibus ſeculorũ ætatibus prędicandi redundat, quòd ſingulas

Bibliorum partes antequam prelo mandẽtur, examinandi, & de iis ſenten
tiam ferẽdi prouinciam veſtra Regia & catholica Maieſt. nobis commiſe-
rit) tum vniuerſæ catholicæ Eccleſiæ nomine pro hoc tanto & tam illuſtri
beneficio quàm poſſumus maximas agimus gratias: atqui licet par reddere
beneficiũ neque Deo (cui omnia noſtra bona accepta ferre debemus) neq;
veſtræ Regiæ Maieſtati (cui poſt Deum & corporis & animi vitam catho-
lici Belgicæ præſertim regionis conſeruatam referre debent) poſsimus, ſe-
dulò tamen nauabimus operam hoc tam eximium & inſigne beneficium
perpetua ſempiternaque colendo memoria, noſtrisque qualibuſcunque
officiis præſtandis, ne in ingratos hoc beneficium collatum fuiſſe veſtra
Regia Maieſtas vnquam meritò conqueri poſſit. Cæterùm qua fide, dili-
gentia & ſedulitate in ea prouincia quam veſtra Regia Maieſtas ſuis literis
nobis mandauerat, verſati ſimus, partim reipſa, noſtri laboris atque dili-
gentiæ teſte fideliſſima, partim domini Benedicti Ariæ Montani (viri cum
propter ſingularem animi cãdorem & probitatem eximiam, tum propter
raram vel potius inauditam eruditionis excellentiam eo loco & honore,
quo apud veſtram Regiam Maieſtatem eſt, digniſsimi) literis abundè edo-
ctum opinamur. Qua quidẽ opinione quum iamdiu noſter animus eſſet
imbutus, ea vna cauſa fuit cur hactenus ad literas veſtræ Maieſtatis nihilà
nobis reſcribendo ſit reſponſum. Huic & altera acceſsit noſtro iudicio
grauiſsima: quum enim veſtræ Maieſtatis literis ſolicitudinẽ, diligentiam,
atque operam nobis imperatam videremus, officij perſolutionem potius
quàm literarum reſponſionem à nobis poſtulari atque expectari iudicaui-
mus; ob idque maiori nobis curæ fuit, vt diligentia & opera præſtanda in
mandatis veſtræ Regiæ Maieſtatis ſedulò fideliterque exequendis volun-
tati veſtræ ſatisfaceremus, quàm vt in eo quod iam reſcriptum ſciebamus
denuo inculcando, vulgari & vſitatæ inter homines reſcribendi conſue-
tudini inſeruiremus. Ne tamen noſtrum tam diuturnum ſilentium ſecu
quàm res habet, & iam expoſuimus, veſtra Regia Maieſt. interpretaretur,
huic quoque parti ſatisfaciendum tandem duximus, maluimusque literis
non magnopere neceſſariis ſcribendis parum prudentes auſteris cenſori-
bus videri, quàm ſi id non feciſſemus, parum officioſi à veſtra Regia Maie-
ſtate iudicari. Quod reliquum eſt, per ſplendidiſſimi nominis veſtri glo-
riam, quam ſempiternæ hominum memoriæ conſecrari ſummopere cu-
pimus, veſtram Regiam & Catholicam Maieſtatem oramus atque obſe-
cramus, vt noſtram operam, quam in inchoato Bibliorum opere pro no-
ſtra virili parte iam præſtare cœpimus, & ad finem vſque operis Deo adiu-
uante nos præſtituros eſſe prompto & lubenti animo ſpondemus, no-
ſtrumque tam diuturnum ſilentium quo hactenus nullo quidem literarũ
veſtrę Maieſt. neglectu, ſed magno (vt nobis videbatur) iudicio vſi ſumus,
æqui bonique conſulere, noſtræque Louanienſis academiæ clientulæ ſuæ
obſequentiſſimæ & addictiſsimæ vtilitatẽ, dignitatem, ornamẽtaque om-
nia, ea quam hactenus noſtro maximo bono ſummaque quiete ſumus ex

perti

perti, paterna cura atque diligentia tueri, conſeruare, atque amplificare omni reliquo tempore dignetur. Deus opt. max. veſtram Regiam & Catholicam Maieſtatem, ad vniuerſi orbis Chriſtiani pacem reſtaurandam felicitatemque tuendam atque prouehendam, quàm diutiſſimè incolumem ſeruare dignetur. Louanij, pridie Calendas Octobres, anno Domini M. D. L X I X.

Catholicæ & potentiſsimæ veſtræ Regiæ Maieſt. deditiſsimi,
Rector, doctores, & vniuerſa Louanienſis academia.

Sic ſubſcriptum,

Auguſtinus Hunnæus Machlinianus &c.

Supraſcriptio erat,

Sereniſſimo & re & nomine Catholico Hiſpaniarum Regi Philippo II. monarchæ omnium quos Chriſtianus orbis habet potentiſſimo.

VNIVERSIS & singulis præsentes literas inspecturis, lecturis, seu audituris, GYSBERTVS SCHOOCK vtriusque Iuris Doctor, Almæ Vniuersitatis studij generalis oppidi Louanien sis Mechlinien sis diœcesis Rector, salutem in Domino sempiternam, cum agnitione veritatis infrascriptorum. Notum facimus & præsentibus attestamur, excussis & diligenter inuestigatis actis nostræ Vniuersitatis, nos comperisse, quòd anno à Natiuitate Domini millesimo, quingentesimo, sexagesimo octauo, septimo Idus Octobris, in consessu prædictæ Vniuersitatis comparuit nobilissimus vir & eruditissimus S. Theologiæ Doctor, plurimarumque linguarum cognitione admirandus, Dominus & Magister B. ARIAS MONTANVS, aulæ Regiæ Catholicæ Maiestatis in Hispania sacerdos, ab eadem Regia Catholica Maiestate in has inferioris Germaniæ prouincias, ad sacra Biblia variis linguis, quibus primùm à suis auctoribus in lucem edita sunt, cum optimis quibusque eorum versionibus, tum veteribus, tum nouis, aliisque eorundem ornamentis, atque appendicibus per CHRISTOPH. PLANTINVM imprimenda legatus. Qui porrexit nobis, & antedictæ Vniuersitatis consessui Sereniss imi Regis nostri Catholici literas. Quibus cum magna reuerentia & humili exosculatione susceptis & lectis, eadem Vniuersitas pium ac deuotum erga Catholicam religionem de huiusmodi Bibliis imprimendis institutum regium, summoperè laudandum, & omni diligentia iuuandum promouendumque censuit, eidemque Regiæ Catholicæ Maiestati de singulari fauore bonoque affectu erga studia Theologica, & vniuersam nostram Academiam, gratias egit quàm potuit maximas, omnemq; operam atque diligentiam ad prædictum opus promouendum; & ad optatum finem, quantum in se esset, perducendum promisit. Deinde, iam nominatus dominus B. ARIAS MONTANVS, circa opus prædictum perficiendum, eidem almæ Vniuersitati prædicti Regis nomine, & incumbentis sibi muneris ratione, quædam in dicto consessu proposuit. Et imprimis cùm Rex Catholicus hoc opus suum, non modò idoneis Dictionariis & Grammaticis instructum, sed omnibus partibus, quæcunque ad vsum commoditatemque studiosorum, momenti aliquid haberent, auctum esse vellet, cumque multis doctis & piis viris non huius modò regionis, sed Hispanis quoque, Italis, Gallis, & aliis videretur versionem aliquam ad verbum textui Hebræo addi oportere, vt iis qui in illa lingua sese exercere vellent, hac etiam in parte consuleretur, deliberandum proposuit: An ne expediret ad studiosorum vtilitatem & operis ornamẽtum, talem ad verbum ex Hebræo versionem in fine operis addi? Deinde si hoc probaretur, quænam ex his quæ hactenus extiterunt, potissimùm deligi deberet? Et an ne Santis Pagnini versio maximè ad hoc præ aliis nouis versionibus idonea esset? præsertim cùm illa (licet non semper Hebraicam phrasim, & vim satis expresserit) tamen propiùs quàm cæteræ, ad eam accedat, & ex illustribus summorum Pontificum priuilegiis, probationibusque multum auctoritatis habeat. Ad hæc idem D. B. ARIAS MONTANVS petiuit à nobis, vt deligerentur viri doctrina ac diligentia præstantes, linguarumque cognitione instructi, qui in eiusmodi versione (si qua in parte opus esset) repurganda, ac præterea in Græcis, Hebræis, Chaldæis, & Syriacis Dictionariis, Grammaticis, & versionibus, aliisque ad horum Bibliorum apparatum & ornamentum facientibus partibus, antequam prælo committerentur, examinandis & diiudicandis, censorum munere fungerentur. Quibus ita propositis, matura deliberatione hac de re habita, Visum est nobis, ex omnium facultatum, præcipuè verò Theologicæ facultatis decreto, non modò conueniens, verùm etiam valdè vtile & necessarium esse; vt huic præclaro operi Regio perficiendo versio ad verbum Hebraico textui superponeretur, atque inter eas, quæ recèns editæ sunt, Santis Pagnini versio omnium commodissima tutissimaque est iudicata. Atque ad eam versionem examinandam, cæteraque omnia quæ per dictum D. B. ARIAM MONTANVM proposita fuerant, rectè atque ex sententia Regiæ Maiestatis exequenda nostro iudicio, ac cæterorum omnium cõcordibus suffragiis, Censores delecti sunt venerabiles & eximij viri D.D. & Magistri AVGVSTINVS HVNNÆVS, Regius & ordinarius, & CORNELIVS REYNERI GOVDANVS, Ordinarius, in dicta nostra hac Academia S. Theologiæ professores. Qui eam commissionem cum reuerentia susc ipientes, omnem solicitudinem, diligentiam atque operam, ad dictum opus Regium consummandum promptè & libenter promiserunt. Atque vt munus sibi commissum melius & perfectius explerent, celeriusque & expeditius absoluerent, honorabilem virum Dominum & Magistrum IOHANNEM VVILHELMI HARLEMIVM, sacræ Theologiæ Licentiatum, ac societatis Iesu in dicto oppido Louanien si, sacræ Scripturæ, & Hebraicæ linguæ professorem publicum, necnon quinque linguarum ad eam Dictionariorum, Grammaticarum, & versionum examinationem, de qua suprà diximus, faciendam necessariarum peritissimum, sibi socium & adiutorem assumpserunt. Iidemque Censores quum iam duorum annorum diligentia & labore munus sibi commissum expleuissent, Regiumque Bibliorum opus ex ea parte, quæ ad suum pertinebat officium, ad finem perduxissent: tandem die quo præsentes literæ scriptę sunt, coram nobis & dictæ nostræ Vniuersitatis deputatis ordinariis, aliisque per nos in maiori numero assumptis, præsente etiam antedicto Domino & Magistro BENEDICTO ARIA MONTANO, in loco Capellari Ecclesiæ collegiatæ S. Petri dicti oppidi Louanien sis comparentes, omnes sacri operis Regij, & apparatus Bibliorum partes diligenter antea lectas & examinatas, à se approbatas fuisse, seseque approbare declararunt & affirmarunt, easdemque nobis & dictis Dominis de concilio nostro exhibuerunt, & quicquid in commemorato negotio ipsis à nobis commisso egissent, per partes singulas, prout sequitur, retulerunt. Imprimis videlicet, quòd versionem Santis Pagnini, ad diuersarum editionum eiusdem auctoris exemplaria diligenter cum Hebraico exemplari, atque vulgata versione Latina, nec non eiusdem Pagnini linguæ sanctæ Thesauro contulerunt, & erratis correctis approbarunt. Item quòd noui Testamenti Latinam versionem, quam ad textum Græcum antenominatus D. B. ARIAS MONTANVS quoad fieri poterat, accommodauit, examinarunt & approbarũt: illamque vtiliter textui Græco superponendã, vt verbo verbum respondeat (sicut in Hebraico textu veteris Testamenti factum erat) iudicarunt. Præterea quòd antenominati D. B. ARIÆ MONTANI versionem paraphraseos Chaldaicæ in libros Iosue, Iudicum, Regum, Esther, Psalmorum, Ecclesiastæ, & item Paraphraseos Chaldaicæ in Prophetas maiores & minores ex Complutensi Bibliotheca allatam, & ad Hebraicam & Chaldaicam veritatem, ab eodem B. ARIA MONTANO correctam Latinam interpretationem diligenter examinarunt, examinatamque & repurgatam Calend. April. Anno millesimo, quingentesimo, septuagesimo, ita probarunt, vt ad ipsum textum Hebraicum, Latinumque plurimis in locis illustrandum, vtilem iudicarent. Quodque insuper ipsi Domini Censores Noui Testamenti Syriaca lingua conscripti, Latinam versionem à nobili viro Domino & Magistro GVIDONE FABRITIO BODERIANO confectam, per integros tres menses cum eodem Magistro GVIDONE attentè legerunt: & cum Syriaco ac Græco

exemplari

exemplari diligenter contulerunt; eamque ad textum vulgatæ editionis Latinæ illustrandum, perutilem esse, Calendis Iuliis anni suprapositi asseruerunt. Præter hæc autem exhibitam ipsis Dominis Censoribus Grammaticam Syriacam, vnà cum Dictionario eiusdem linguæ, à doctissimo ac Orientalium linguarũ peritissimo viro ANDREA MASIO Bruxellensi confectam, ea, vt sacrarum literarum studiosis non mediocrem allatura vtilitatem, postridie Calend. Augusti anno prædicto se approbasse dixerunt. Iidem quoque Domini Censores Dictionarium Syro chaldaicum Domini ac Magistri GVIDONIS FABRICII BODERIANI viri Hebraicæ, Syriacæ & Chaldaicæ linguæ doctissimi, post diligentem eius examinationem sese approbare testificati sunt. Probasse quoque sese iam anteà pridie Calendas Apriles, Anno millesimo, quingentesimo, sexagesimo nono Epitomen Thesauri linguæ Hebraicæ, auctore Sante Pagnino Lucensi, eamque magno cum fructu Hebrææ linguæ studiosorum imprimendam & diuulgandam censuisse asseruerunt. Lexicon denique Græcũ, diligentia & impensis CHRISTOPHORI PLANTINI ad sacrorum Bibliorum vsum concinnatum, iidem Domini Censores à se probatum fuisse, Anno millesimo quingentesimo septuagesimo primo, die octauo Calendas Apriles dixerunt. Qua quidem relatione audita, omnes ad vnum, nullo reclamante, quicquid à dictis Dominis Censoribus in negotio prædicto factum erat, vehementer laudarunt & approbarunt, agentes sæpedicto Domino & Magistro BENEDICTO ARIÆ MONTANO, pro sua in obeunda legatione sibi commissa, Regiisque mandatis expediendis fide ac vigilantia, suo atque Christianæ Reipublicæ nomine, ingentes gratias. Similiter quoque commemoratis Dominis Censoribus, AVGVSTINO HVNNÆO, CORNELIO GOVDANO, & IOHANNI HARLEMIO, quòd magna cum cura, & diligentia in hoc sacro opere Regio (quo nullum sacrarum literarum studiis prouehendis vtilius, nullum præclarius aut magnificentius post Typographicam artem inuentam, in lucem prodiit) versati, negotiũ sibi commissum fideliter exequuti essent, gratias maximas egerunt. Ad quorum omnium & singulorum præmissorum fidem & testimonium præsentes literas fieri, & per Notarium publicum dictæ almæ Vniuersitatis Scribam iuratum subsignari, sigillique Rectoratus dictæ Vniuersitatis iussimus & fecimus appensione communiri. Datum & actum Louanij, Anno à Natiuitate Domini millesimo quingentesimo septuagesimo primo, mensis Martij die vigesimasexta.

Conrardus Syluius dictæ Vniuersitatis Notarius.

CENSVRA DOCTORVM PARISIENSIVM.

NOS *Doctores Theologi infrà subscripti, de hac re consulti, iudicauimus versionẽ* XANTIS PAGNINI *Lucensis addendam esse ad Biblia Complutensia, quæ nunc recuduntur à Plantino Typographo Antuerpiensi, vt sit adiumento studiosis linguæ sanctæ, ad cuius propriet atem inter eas, quæ hactenus prodierunt, ea versio proximè videtur accedere. Datum Parisiis, Anno 1569. die 8. Martij.*

Subsig.

H. Nebrisius. I. Benedictus S. Theolog. Decanus.
I. Faber. Dequictebeusius.
G. Postel. Reg. Lector. Genebrardus Hebr. lit. Regius Professor.

NOS *subscripti Doctores facultatis Parisiensis sacra Biblia Philippi II. Hispaniarum Regis Catholici mandato, opera verò Benedicti Ariæ Montani Theologi Hispalensis, & Guidonis Fabricij Boderiani natione Galli, iuuantibus Francisco Raphelingio & Nicolao Fabricio, in lucem emissa, cum ipsorum Dictionariis & reliquo apparatu, à Plantino typis Hebraicè, Syriacè, Græcè, & Latinè expressa ad formam Complutensium Bibliorum olim in Hispania impressorum, vidimus, approbauimus, digna denique censuimus quæ à Catholicis legerentur, & opponerentur falsis & impiis hæreticorum translationibus, quibus fucum imperitis linguarum facere conantur. Scriptum & chirographis nostris signatum, Anno Domini 1572. die quarta Aprilis.*

P. Danesius Episcopus Vauroñ.

De Sainctes. S. Vigor. Prouost.
I. Cogneu. De Quictebeuf. Genebrard.

COPIE DVNE LETTRE DV DVC D'ALVE A L'EVESQVE D'ANVERS.

DON Fernando Aluarez de Toledo, Duc d'Alue, &c. Lieutenant, Gouuerneur, & Capitaine general.

RESREVEREND Pere en Dieu, treſchier & bien amé. Oultre la Bible vniuerſelle, que le Roy auoit donné charge au docteur Arias Montanus de faire imprimer en ceſte ville en quatre langues auec ſes interpretations, lon eſt auſſi apres pour imprimer autres volumes de choſe ſeruãt à l'intelligẽce de ladicte Bible & parties d'icelle, leſquelles s'intitulent *Apparato ſacro*; & entre icelles y a pluſieurs eſcriptz compoſez par ledict docteur Arias Montanus, & autres perſonnes doctes, qui ont trauaillé & trauaillent à enrichir ceſt œuure. Mais comme ſemblables choſes nouuelles, ou non imprimees auparauant, ne ſe peuuent imprimer ſans viſitation & approbation precedente, eſtant ceſt œuure plus ſolemnel que les ordinaires; il conuient que ladicte approbation ſe face auec toute auctorité & ſolemnité poſſible. Et d'autant que ledict docteur Arias Montanus ne peult eſtre iuge de ſes propres eſcriptz; nous vous requerons, que quand ledict docteur Arias Montanus vous preſentera leſdicts eſcriptz, & pieces ſeruantes audict œuure, vous les commettiez à la perſonne ou perſonnes du college des viſitateurs, que à noſtre ordonnance & par auctorité de ſa Maieſté vous auez eſleu, afin qu'ils les viſitent & approuuent, pour autant que touche la ſanité de la doctrine; & que icelle approbation ſoit auſſi ſolemnizee auec le ſuffrage de tous ceulx du college, ou la plus grande partie, & l'interuention de voſtre auctorité: afin que ceſte approbation ſe face comme requiert vn œuure ſi principal. Ce que nous vous recommandons tant plus à certes pour auoir entendu par lettres de ſa Maieſté, que telle eſt ſon intẽtion. Treſreuerend Pere en Dieu treſchier & bien amé, noſtre Seigneur vous ait en ſa ſaincte guarde. D'Anuers, ce dernier iour de Feburier 1570.

Le Duc d'Alue.

Subſigné

Courte ville.

EPISTOLA LOVANIENSIVM
AD SVMMVM
PONTIFICEM.

BEATISSIME PATER,

MVLTORVM fide digniſſimorum ſermonibus, certoque relatu ad nos perlatum eſt, Philippum II. Catholicum Hiſpaniarum Regem, Apoſtolicæ & Catholicæ Eccleſiæ inclytum atque inuictum propugnatorẽ, noſtrique Belgij monarcham præſtantiſſimum, veſtræ Sanctitati muneris loco librarium opus, vnum in ſuo genere poſt hominum memoriam excellentiſſimum,& proculdubio Reip.Chriſtianę longè vtiliſſimum (nimirum ſacra Biblia, ex parte quidem veteris Teſtamenti, Hebraica, Græca, Latina, & maxima ex parte Chaldaica; ex parte verò noui Teſtamẽti Græca,Latina,atque Syriaca,à Chriſtophoro Plantino Catholicæ Maieſtatis architypographo Antuerpiano, artifice in ſua profeſſione excellẽtiſſimo, opera quatuor integrorũ annorum,& ſumptu incredibili, ex Complutenſi exemplari, quatenus id exemplar extendebatur, ſumma fide atque diligentia expreſſa) mittere. In quo opere,quantum ad vetus Teſtamentum attinet, quod paraphraſi Chaldaicæ in Complutenſi editione deerat, id ex Bibliis Venetis, collatis tamen priùs cum M.S. Chaldaico exemplari, quod Cardinalis Ximenius ante mortem ſuam Compluti per viros doctos fideliter corrigi iuſſerat, ſuppletum eſt. Nouum verò Teſtamentum in hac memorabili editione, Syriaco textu (ex eo Syriaco Noui Teſtamenti exemplari, quod nuper mandato & liberalitate Ferdinandi Imperatoris, felicis memoriæ, in gratiam Syrorum Chriſtianorum, Viennæ typis mandatum eſt, expreſſo) cum eiuſdem catholica & doctiſſima verſione è regione reſpondente, auctum atque locupletatum eſt. His omnibus in iſta editione acceſſit Apparatus ſacer, lectiſſimos libros, & ad ſacræ Scripturæ verum germanumque ſenſum eruditè inueſtigandũ & feliciter inueniendum vtiliſſimos,continens. Eſt enim hic Apparatus in tres tomos diſtributus : Quorum primus libros ad earum linguarum, quibus in iſtis Bibliis ſacra Scriptura expreſſa eſt, prima rudimenta facilè addiſcenda vtiliſſimos continet. Secundus verò tomus ad earundem linguarum primam exercitationem atque meditationem plurimum earum ſtudioſis adiumenti allaturus eſt. Tertius verò tomus variarum rerum ad ſacræ Scripturę verum germanumque ſenſum perſpiciendum cognitu neceſſarium, copia eſt refertus. Quorum trium tomorum,quemadmodum ipſorum ſacrorum Bibliorum ſingulæ partes (vt ex ſubſcriptione ipſis ad calcem adiecta cernere licet) à doctis & catholicis viris, magno & conſiderato iudicio, ad id munus ex noſtra potiſſimùm Louanienſi Academia delectis,ſedulò examinatæ,correctæ,& legitimè approbatæ ſunt. Itaque ſicut Catholica Maieſtas,ſuum amplificandæ Catholicæ Religionis pium

ſtudium,

ſtudium, ſingularemque erga ſedem Apoſtolicam amorem atque reuerentiam hoc tam magnifico opere atque munere, quod ſuo iuſſu & nutu, atque etiam ſumptu, veſtri Pontificatus tempore in lucem prodit, ad veſtram Sanctitatem mittendo declarat; ita noſtra Louanienſis Academia (cuius doctoribus Theologis, vnà cum D. Benedicto Aria Montano Hiſpalenſi doctore Theologo, cum propter ſingularem eius probitatem, & magnam eruditionem, tum propter peregrinarum vulgoque ignotarum linguarum eximiam peritiam, ad hanc functionem electo, & ex Hiſpania auctoritate Regia Antuerpiam miſſo, Catholica Maieſtas iam cõmemoratorum Bibliorum recognoſcendorum, corrigendorum, approbandorumque munus, ſecundum Tridentini Concilij decretum commiſit) operam atque diligentiam, quam in iſto Bibliorum opere, Regioque munere per quadriennij ſpatiũ ſtrenuè, fideliter, alacriterque præſtitit, veſtræ Sanctitati offerẽdo, ſuamque erga veſtram Sanctitatem obſeruantiam & animi propenſionem teſtando, ſe totam quàm poteſt humillimè veſtræ Sanctitatis patrocinio & protectioni committendam atque credendam putauit, & nominatim iſtos duos doctores Theologos (nimirum M. Auguſtinum Hunnæum Machlinianum, ordinarium & Regium S. Theologiæ profeſſorem, Theologicæque facultatis hoc tempore Decanum, & M. Cornelium Reyneri Goudanum, ſacræ etiam Theologiæ profeſſorem ordinarium, viros cùm vitæ probitate, tum eruditionis excellentia, & variarum linguarum peritia clariſſimos) vnà cum illorũ adiutore M. Iohanne Harlemio, venerãdo Societatis Ieſu ſacerdote, & doctiſſimo Theologiæ Licentiato, multarumque linguarum peritiſſimo, qui in iſtis Bibliis recognoſcẽdis atque approbandis Cenſorum munere diligenter, fideliterque functi ſunt, veſtræ Sanctitati præcipuè commẽdandos exiſtimauit. Simul quoque teſtificatur eadẽ Louanienſis Academia Sanctitati veſtræ, atque Maieſtati Catholicæ addictiſſima, quemadmodum in hoc pio & ſancto negotio, diuinæ gloriæ illuſtrandæ, & orthodoxæ fidei Catholicæque Eccleſiæ dilatandæ ſtudio, nullis neque laboribus, neque vigiliis, neque adminiculis, quæ potuit impertiri, pepercit. Ita quoque ad idem in omnibus aliis rebus, quaſcunque ad Dei gloriam Catholicamque Religionẽ amplificandam veſtræ Sanctitati nobis imperare libebit, præſtandum, ſeſe paratiſſimam propenſiſſimamque eſſe. Deus opt. max. pro ſua immenſa bonitate veſtram Sanctitatem Reip. Chriſtianę, cui maximè neceſſaria eſt, quàm diutiſſimè incolumem ſeruare dignetur. Datum Louanij, XIII. Calend. Maias, Anno Domini M. D. LXXII.

Veſtræ Sanctitatis obſeruantiſsima eique deditiſsima
Louanienſis Academia.

B. ARIÆ MONTANI
LEGATI AD SVMMVM
PONTIF. ORATIO.

CVM *me in Hiſpania catholicis, piis, & honeſtis parentibus ortum & educatum, atque ab infantia in bonarum literarum ſtudiis, à iuuentute verò in Theologicis diſciplinis exercitatum, catholicæ Religionis, quam vſque ad mortem profitebor, amore flagrantem; nulla maior cupiditas, imò nulla cura maior & puerum & iuuenem & iam virum teneret, quàm vt hanc ſanctam Apoſtolicam ſedem, quam totius Chriſtianæ Eccleſiæ caput eſſe cognoueram, aliquando inuiſerem & ſalutarem; meq; ei filium, vt decebat, fideliſſimum & obedientiſſimum offerrem, atque eiuſdem gratiis maternaq; benedictione oblectarem & reficerem. idq; cùm ſæpe animo conſtituiſſem meo, & inire paraſſem; tamẽ ſemper, vel eorum, quos charos habere debebam, morbis aut funeribus, vel mea ipſius aduerſa valetudine, vel aliis neceſſariis impedimentis, quò minùs tandem perficere poſſem, retinebar. Cùm autem aliud exequi non valerem conſilium, ſtudiumq; meum, Deo, cui probari credideram, omnino permittebam; illud perpetuò ſperans, fore, vt in melius commodiusq; tempus reſeruarer, quo maiore cum animi mei fructu Sedi huic ſanctiſſimæ me filium, famulum & cultorem, illuſtri aliquo argumento exhiberem. Hanc demum ſpem, quam animo fouebam meo, Deus ipſe, qui corda hominum inſpicit & honeſta vota ſecundat, mihi certiſſimam euentu ipſo effecit, tanta votorum meorum amplificatione, vt & illi gratulari perpetuò debeam, qui longè plura mihi ac maiora quàm peterem aut intelligerem, contulerit; ac me ipſum felicem dicere, qui hoc tempore ad hunc locum tam honeſta & ſancta cauſa, tam illuſtri auctoritate, peruenerim. Video enim me Romæ eſſe incolumem, ſuperatis omnibus difficultatibus, laboribus ac periculis, quibus longum & varium iter ex Belgio huc inſtitutũ infeſtari frequenter ſolet. At quo tempore? feliciſſimo initio Pontificatus Gregorij tertij decimi, quem pietatis, ſanctitatis, Eccleſiaſticarum atque aliàs publicarum rerum omnium maximæ cognitio, & cæterarum virtutum, quæ ad Chriſtianam Eccleſiam gubernandam neceſſariæ ſunt, plurima ac perpetua per omnes Eccleſiaſticorum magiſtratuum gradus exploratæ & perſpectæ, ad hunc ſupremum locum, ſummo omnium patrum cõſenſu, latiſſimo totius Chriſtianæ reipub. plauſu euexerunt. Miſſus verò ſum à Philippo Hiſpaniarum Rege, cognomẽto, re, ac virtute Catholico; cuius erga hanc ſacroſanctam Sedem ardentiſſimum ſtudium, & erga omnem Chriſtianam remp. merita cùm plurimis aliis argumentis iam ſæpius conſtiterint, indieſq; magis conſtent; ea etiam res, cuius præcipuè cauſa ipſe legatus huc aduenì, apertè demonſtrat. quam vobis, Pater ſanctiſſime, quanta breuitate potero (quòd iam aliàs vtcunque notam intellexerim) exponam.*

Nemo vel mediocriter in bonis diſciplinis ac ſacris literis eruditus eſt, qui ignoret, quanta cum vtilitatis laude & experientia à ſtudioſis Catholicæ veritatis exceptum fuerit opus illud Bibliorũ, quod ante annos octoginta illuſtriſſimus Franciſcus Ximenius, huius S.R.E. Cardinalis, Hiſpaniæ Præſes, Compluti maximis impenſis imprimendum curauit. Sed quoniam longo iam tempore ex illis exemplaribus, quæ per totum ferè orbem diſperſa erant, vix vnum aut alterum reperiri poterat, idq; plerunque mutilum ac mancum, nec niſi ingenti pecuniæ ſumma redimendum; creuerat mirum in modum iam illius deſiderium apud

diuinarum

diuinarum literarum catholicos ſtudioſos omnes. Nam cætera quæ ab hæreticis edebantur Hebraico-Latina, vel Græco-Latina Biblia, etſi lectionem ipſam Hebraicam vel Græcam integram conſeruarent (ſi tamen conſeruabant;) tamen verſiones per eoſdem depra-uatiſſimas habebant Latinas, neque legi ſine periculo poterant magno. Quamobrem cùm Philippus Catholicus Rex, qui omni ſtudio, facultate, & opera in eam rem intendit, vi piis ac doctis, catholicæq; Religionis ſtudioſis quàm maximè proſit, intellexiſſet Chriſtopho-rum Plantinum, virum catholicum ac pium, apprime eruditum, probatiſſimis moribus atque in typographica arte omnium qui hactenus extitêre facilè principem, Antuerpiæ eſſe, qui huiuſmodi magnum opus ad communem piorum & Catholicorum vtilitatẽ libenter ſuſciperet, modò Regia liberalitate in eo ſuſcipiendo iuuaretur; noluit piiſſimus Rex vir bono in tam honeſta ac tam vtili Chriſtiano orbi cauſa deeſſe, maximè cùm videret hoc publicè ab inſignibus Hiſpaniæ Academiis etiam per literas ad ſe datas poſtulari. Verùm vt maiori cura, diligentia ac ſedulitate res ageretur omnis, communicato conſilio cum In-quiſitionis ac ſupremi conſilij Præſide, decreuit optimus Rex, vt præter pecuniam ſummam quam ipſe in hoc opere impenſurus erat, ego, qui illius Regiæ aulæ familiaris ſacerdos ſúq; om-nium minimus ſum, in Belgium legatus procuratorq; mitterer, omni operi expediendo in-terfuturus: eo quòd præter Theologiæ diſciplinam, quam profitebar, in illis ſacris linguis, He-braica, Chaldaica, Syriaca, Græca & Latina aliquam eruditionis partem diuino benefi-cio fuerim aſſecutus. Adfuit mihi Albanus Dux optimus & pientiſſimus, huiusq; ſanctæ Sedis deuotiſſimus filius; cuius prudentia ac dexteritate tantam prouincia illa pacem obti-nuit, vt ego legationem meam viris doctis quàmplurimis ad hoc opus inductis curare po-tuerim. Fuimus in labore per quatuor integros annos, à quinta decima Maij menſis, quo ego in Belgium perueni, anni milleſimi quingẽteſimi ſexageſimi octaui, vſque ad vltimum Martij huius anni ſeptuageſimi ſecundi; cùm tamen nemo eſſet qui credere poſſet, tantum opus, tanta elegantia, tantaq; maieſtate, tanto ſumptu, tanta denique mole abſolutum in-propter ſummam rerum omnium caritatem, maximè verò propter bellorum tempeſtates in Galliis, & in aliis prouinciis, vnde nobis chartarum & operarum, totiusq; materiæ co-pia petenda erat. Atque his difficultatibus omnibus gratia, prouidentia, atque ope Dei, cuius honorem opus hoc à Philippo Catholico inſtituebatur, ſuperatis, tandem ſtructum omnis magnis quidem ſumptibus, ſexaginta perpetuis operis, magnis virorum doctorum laboribus eſt abſoluta.

Initio autem cùm ego ex Hiſpania proficiſcebar, iuſſus à Rege meo ſum, vt aliquot pri-cipuè exemplaria in membranis imprimenda curarem; ex quibus vnum huic ſanctæ Sedi pri-mitiarum ſacrarum nomine offerretur. Cùm primùm itaque opus abſolutum eſſe cognou-Catholicus Rex, primùm omnium illud exemplar in membranis excuſum, Sanctitati ve-ſtræ ab initio deſtinatum, deferri in hanc vrbem iuſſit, meq; ipſum huc legauit, qui illius no-mine hæc ſacra Biblia, ſuumq; erga ſacram & catholicam Religionem ſtudium, & ſe aliàs perſpectum animum Sanctitati veſtræ offerrem: atque vt ipſe meo etiam nomine reddenda totius operis ratione, & ſingulis partibus indicandis, meas partes agerem.

Ipſe igitur Philippi Catholici Regis nomine ad ſacros Sanctitatis veſtræ prouolutus pedes, ſacroſancta Biblia, tribus linguis, Hebraica, Græca, & Latina, ex Complutensi exemplari expreſſa, cum paraphraſi Chaldaica integra, & Nouo Teſtamento Græco, La-tino ac Syriaco, vobis Pater ſanctiſsime offero, opus characterum elegantia, librorum for-ma planè Regia, & prorſus digna hoc felici tempore, in quo Gregorius XIII. Eccleſiæ D. præeſt; quam Philippus Catholicus filius magno ſtudio, omni officio ac pietate proſequitur.

Quod verò ad operis integritatem attinet, ego Benedictus Arias Montanus sacerdos omnium minimus & indigniſsimus, homo catholicus, huius ſanctæ Sedis filius ſtudioſiſsimus, inter pios atque eruditos ab infantia verſatus, harum ſacrarũ linguarum non ignarus, offero Sanctitati veſtræ Biblia ipſa (de Bibliis nũc loquor) à me à prima pagina ad vltimam vſque diligenter Græcè, Latinè, & Chaldaicè perlecta, & cũ exemplaribus fideliſsimè collata, tanta fide, vt non ſolùm ſi verbum aliquod deprauatum deprehendatur, ſed ſi vel vnus apex aut iota vnum in illis meritò deſideretur, cæteris coadiutoribus meis exceptis & à culpa liberatis, ipſe perpetuam ignorantiæ & negligentiæ notam ſubire velim, meq; vnum omni correctioni obnoxium exhibeam. Atque erga Bibliorum ipſorum opus, & integritatis profeſsionem, ſic meam fidem coram Sanctitate veſtra profiteor.

Eſt etiam aliud opus, ſanctiſsime Pater, quod non tam Biblia ipſa, quàm linguarum ſacrarum ſtudioſos ſpectet: id interea dum ſacra Biblia imprimerentur, adornandum apparandumq; curabam, magis adeò ex conſilio ac deſiderio ſtudioſorum & piorum virorum, quàm ex Regis mei iuſſu, qui mihi Bibliorum procurationẽ præcipuè demandauerat. Eius operis illa ratio eſt:

Cùm multi hactenus extiterint Grammaticæ artis libri ad Hebræam, Chaldæam, & Græcam linguam diſcendam compoſiti, quorum alij longiora, breuiora alij, nonnulli minùs dilucida præcepta contineant; viſum eſt & illud conſilium commodiſsimum, ſi iis qui has diſcere linguas cupiunt, præcepta proponeremus eiuſmodi, quæ cum perſpicuitate magna, magnum etiam compendium exhiberent: ad eandem etiam rationem Vocabularia ſiue Dictionaria inſtrueremus. Ex huiuſmodi itaque Præceptionibus ac Dictionariis vnum tomum confecimus, cuius inſcriptio eſt, DE VERBORVM COPIA.

Sed quoniam non ſatis eſt præceptorũ & verborũ notitiam habere, niſi & EXERCITATIO ipſarum linguarũ accedat; alterum conſtruximus tomũ, in quo Biblia Hebraica eſſent, cum interpretatione interlineari ad verbum & ad phraſim, ex Xantis Pagnini Lucenſis, huius ſanctæ Sedis quondã bibliothecarij, laboribus & lucubrationibus potiſsimùm appoſita, noſtrum etiam huic interpretationi aptandæ ſtudium addentes; & Nouum quoque Teſtamentum Græcum ad eandem exercitationis rationem, ex vulgata editione Latina, quam integram ſemper ſcripſimus, atque vbi à Græca phraſi variaret, in margine adnotauimus.

TERTIVM TOMVM *totum ferè ipſe conſcripſi, in quo multa continentur, quæ iis qui ſacrorum librorũ quacunque lingua ſtudioſi ſunt, magnum non modò compendium, ſed operæ pretiũ allatura eſſe exiſtimabam. Hæc omnia, nec Biblia ſunt quæ à me Regio nomine offeruntur, nec illorum Bibliorum partes; ſed ſunt doctorum virorum ac mei labores, quos piis catholicis, et ſacrarũ diſciplinarum ſtudioſis iuuandis impendimus. quorũ omnium nomine per me quoque Sanctitati veſtræ offeruntur. cui ſi placeant, & probentur, magni nobis præmij loco fuerit. Certè illa doctis viris permultis placuerunt: quæ tamen nos, non pro optimis omnium quæ extare poſſunt, ſed omnium quæ hactenus extitêre tutiſsimis exhibemus; cupientes maximè aliquorum doctorum virorum diligentia & ſtudio his noſtris meliora ac præſtantiora ad publicam vtilitatem exhiberi.*

Et quoniam opus ipſum, quod Regio nomine Sanctitati veſtræ offertur, ſuam dignitatem, ſuasq; quas mereatur laudes prædicabit, nihil ipſe de ea re amplius addam. neque enim commendatione indiget mea id, quod ſuam ſpeciem apertè præfert æſtimandam. Sed id quod conſtare maximè cupimus, ac Rex cum primis Catholicus profitetur, ſe omni ſtudio, induſtria, auctoritate ac liberalitate ſemper præſto eſſe ac fore, tam in literis ac diſciplinis bonis

promouendis, quàm in cæteris omnibus procurandis rebus, quæ ad pietatis & ad huius Sanctæ Ecclesiæ Romanæ cultum faciant. Quæ quidem Ecclesia non solùm bonas literarum disciplinas, & sacras linguas, Hebraicam, Græcam, Latinam, & Chaldaicam; sed & alias elegantes humani ingenij artes, Musicen, Architecturam, Picturam & Sculpturam conseruauit hactenus. quæ si hoc uno Catholicæ Ecclesiæ præsidio destitutæ forent, omnino iam periissent. Atque huius pietatis exemplo, præter alia multa quæ iam exhibita à Rege Catholico fuêre testimonia, hæc sacra Biblia ad Sanctitatem uestram mitti, & se ac suum studium commendatum uobis semper, semperq; gratum esse percupit. Ego uerò illorum qui in hoc sancto negotio mecum suos labores contulerunt, & meo nomine, hunc Apparatum, ueluti appendicem, hoc est uidua illius Christo Domino probata exemplo æra minuta duo, si quid illa ad Catholicæ pietatis sarta tecta ualere possunt, in hoc sacrum ærarium, quò, quicunque religione ac pietate calent, sua donaria pro facultatis ratione conferre debent, deuotissimo animo, & magno ac prompto ad plura præstandum si possem, ante uos Sanctitatis uestræ pedes confero.

APOSTOLICARVM LITERARVM AD REGEM CATHOLICVM EXEMPLVM.

CARISS. IN CHRISTO FILIO NOSTRO PHILIPPO, HISPANIARVM REGI CATHOLICO.

CArissime in Christo Fili noster, salutem &c. Præclarum Maiestatis tuę consilium, diligentemque operam à tuis tuo iussu positam in sacris libris, quæ Biblia appellantur, emendandis, tuaque magna impensa quadruplici lingua edendis, vehementer probamus. est enim opus verè Regium tuaque insigni virtute & pietate dignissimum. Siquidem in tantis occupationibus, tamque multis exercitibus, populis, Regnis, tanta tua cum laude, & Christi, atque eius Ecclesiæ gloria administrandis, horum quoque sic emendatorum librorum beneficio Christianam rem promouendi curam suscipere voluisti. Quod quidem beneficium permagnum est. Nam quod ad Theologiam attinet, quæ est summa Philosophia, his libris omnia nostrę Religionis, & Diuinitatis mysteria explicantur. Quod verò attinet ad eam partem, quæ Moralis nominatur, hinc quoque omnia ac

ad omnes virtutes præcepta colliguntur, quibus quidem duabus partibus omnis noſtræ ſalutis & felicitatis ratio continetur; vt nihil poſſit eſſe horum librorum lectione dignius, nihil fructuoſius, nihil omni hominum generi accommodatius, nihil maiori doctrina & ſapientia refertius. quæ omnia Gregorius quodã in loco diuinitus explicat, & alibi ſic breuiſſimè complectitur: Quid eſt Scriptura ſacra, niſi epiſtola quædam omnipotentis Dei ad creaturam ſuam? Nihil autem ſapientius Deo, nihil melius, nihil noſtri amantius; nihil igitur eius ſcriptura præſtantius, nihil vtilius, nihil neceſſarius. Hunc fructum agnoſcentes hæretici, dum inſito quodam & implacabili in Chriſtum atque eius Eccleſiam odio nobis inuidẽt ſempiternam beatitudinẽ, conanturque eam fidem, quam Chriſtus ſuo ipſius ſanxit ſanguine euertere; corrumpunt codices, eosque ad ſuas impietates accommodant, veteri ſuo ſcilicet artificio, atque à ſanctis Patribus multis locis cognito, & detecto. id enim ſcribit Gregorius feciſſe eos in Synodo Epheſina, & Chalcedonenſi. Idemque aliis in locis factitaſſe deprehenderunt Leo, Baſilius, alijque permulti. quo ſcelere nihil poteſt fieri pernicioſius. deprauata enim lege & norma rectè pieque viuẽdi, ſentiendique, vniuerſæ Religionis & ſanctitatis interitus cõſequatur neceſſe eſt. Quòd ſi tantum in incorrupta horum librorum auctoritate vtilitatis poſitum eſt vniuerſæ Reipublicæ Chriſtianæ; perſpicuum eſt, optimè de eadẽ repub. pietatem tuam meritam eſſe, meditanda & curanda quàm emendatiſſima horum librorum editione; vnde te neque rei ipſius difficultas, neque tanta, quantam ſuſtines, tot, tantarumque, & tam longè terra marique diſiunctarum rerum moles deterrere potuit. Vtinam autem, qui hos libros legerint, ſanctiſſimo ſpiritui eorum auctori in amore reſpondeant, ſuasque omnes cogitationes, curas, actiones dirigant ad illum, qui principium eſt ſine fine, & finis ſine principio, Deus benedictus, trinus & vnus, qui viuit & regnat in ſæcula ſæculorum, Amen. Datum Romæ apud S. Marcum, die XXIII. Auguſt. M. D. LXXII. Pontificatus noſtri anno primo.

Ant. Buccapadulius.

MOTVS PROPRIVS.

GREGORIVS PP. XIII.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM. Vniuerſalis Eccleſia tãquam generalis omnium Chriſti fidelium mater & tutrix, tunc verò officij ſui partes opportuna diſpenſat, cùm ad cunctas orbis regiones conſiderationis ſuæ dirigens intuitum, ſingulis ſingulas beneficentiæ ſuæ partes ita impartitur, vt & cuilibet quod ſuum eſt intactum reſeruetur, & quiſque honeſto laborum ſuorum fructu minimè defraudetur: Cùm itaque, ſicut accepimus, & res ipſa nos docuit, chariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Hiſpaniarũ Rex Catholicus, qui non minùs per arma, & leges, quàm per doctorum virorum conuentus ſummo ſemper zelauit ſtudio, vt in Regnorũ & Dominiorum ſuorum partibus fides catholica præſeruaretur illæſa; prouidè cõſiderans nullo id modo faciliùs certiusque conſequi poſſe, quàm ſi præcipua adhibeatur diligentia, vt ſalutaris doctrinæ candor incõtaminatus & inconcuſſa fidei veritas ex ipſis ſacrarum literarum voluminibus elicitur, qui muti magiſtri fidelium eſſe ſolent; atque adeò ſi volumina ipſa iuxta natiuam, & receptam cuiuſque linguæ veritatem vndique prodierint quàm integerrima, in eam proinde curam & cogitationem incubuerit, vt Bibliorum libri quatuor antiquis linguis conſcripti, addita etiam Syra, ad ipſam antiquã veritatem redacti, ac multis etiam figuris exornati, vniuerſis fidelibus legendi proponerentur; quin etiam vt eis adiungerẽtur nonnulli tomi, Sacri apparatus nuncupati, per quos ipſorum Bibliorum intellectus facilior & explicatior appareret. Dilecto itaque filio Benedicto Ariæ Montano presbytero Hiſpalenſi, capellano ſuo, id oneris impoſuit vt adhibitis aliquibus aliis viris doctrina & pietate preſtantibus, ac collatis quibuſque melioris notæ exemplaribus, illo præcipuè quod Complutenſe nuncupatur, quippe quod pridem antequam hæreſes huius temporis irreperent, excuſum, multam vſque adeò apud Catholicos auctoritatẽ obtinuiſſe dignoſcitur; opus illud quàm diligentiſſimè emulgandum curaret, Apparatusque ipſos componeret. Quod cùm is non ſine ſuo ac aliorum doctorum virorum maximo ſtudio, aſſiduoque labore tandem præſtitiſſet; idem Philippus Rex opus ipſum Biblicum, ſacrumque in illius Apparatum tribus tomis contentum, per dilectum etiam filium Chriſtophorum Plantinum, ciuem Antuerpienſem, Regium Prototypographũ elegãtiſſimis typis ad ſingulas eas linguas accõmodatis imprimi, & per dilectos etiã filios Vniuerſitatem Louanienſem, ac doctores Theologicæ facultatis Pariſienſis diligẽter examinari & approbari procurauit; vnumque totius eius operis exemplar in membranis excuſum, tanquam fructus eius mod

modi curæ ſuæ primitias, ad nos per eundem Benedictum Ariam offerri curauit. quod nobis libenter acceptum, & ſtudiosè viſum, adeò gratum fuit, adeoque elegans iudicatum, vt in noſtra bibliotheca Vaticana reponi iuſſerimus, perpetuum ipſius ornamentum, & Regiæ pietatis monumentum futurum. Et licèt idem Philippus Rex, vt etiam accepimus, pro ſua liberalitate & munificentia in eo ipſo opere adornando, componendo, & excudendo magnos ſumptus fecerit; nihilominus vt res ipſa docet, idem Chriſtophorus Plantinus præter maximam curam, diligentiam, atque operam, non minimam etiam pecuniæ vim in ea re perficienda contuliſſe videtur. quorum omnium iuſta mercede laborum fraudaretur, ſi alij eiuſmodi Bibliorũ opus cum Apparatu, aut Apparatum ipſum, eiúsve partes aliquot ſeorſum excuderent. Nos igitur volentes ipſius Chriſtophori, tanquam de bonis & piis ſtudiis benemerentis, indemnitati & vtilitati in hac parte conſulere; Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, eidem Chriſtophoro per præſentes concedimus, ne quis per viginti annos proximè futuros Bibliorum opus cum Apparatuum tomis coniunctis, vel Apparatus ipſos, vel eorum partem aliquam ſeorſum, ſine ipſius Chriſtophori licentia imprimere, aut ab aliis impreſſa vendere, ſeu in eorum apothecis, vel aliàs tenere poſſit. Præſenti quoque edicto inhibemus omnibus, & ſingulis Chriſti fidelibus in quibuſcunque locis, tam in Italia quàm extra Italiam exiſtentibus, præſertim Typographis & Bibliopolis, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis maioris eo ipſo incurrenda, à qua non niſi per Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, aut in mortis articulo conſtituti abſolui poſſint. in terris verò, & locis nobis & Romanæ Eccleſiæ mediatè vel immediatè ſubiectis, ſub eadem, nec non duorum millium ducatorum auri de Camera, partim Cameræ Apoſtolicæ, partim verò ipſi Chriſtophoro applicandis; & inſuper amiſſionis eorum omnium librorum pœnis toties ipſo facto, & abſque alia declaratione quoties contrauentum fuerit incurrendis, ne intra dictos viginti annos eos Bibliorum libros cum tomis Apparatuum huiuſmodi, vel tomos ipſos, aut eorum aliquem ſeorſim, ſine eiuſdem Chriſtophori, aut eius qui ab ipſo Chriſtophoro ius & cauſam habuerit, licentia & permiſſione imprimere, ſeu ab ipſis, vel aliis, præterquam ab ipſo Chriſtophoro, vel ab eo ius & cauſam habente impreſſos, & imprimendos vendere, aut venales habere, ſeu proponere audeant, vel præſumãt. Mandantes vniuerſis venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, eorumque in ſpiritualibus vicariis generalibus; & in Dominiis nobis mediatè vel immediatè ſubiectis, exiſtentibus legatis, vicelegatiś, gubernatoribus, & aliis officialibus; vt quoties pro parte dicti Chriſtophori, vel ab eo ius & cauſam habentis, fuerint requiſiti, vel eorum aliquis fuerit requiſitus, eidẽ in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, eadem præinſerta cõtra inobedientes, & rebelles per cenſuras Eccleſiaſticas illas etiã ſæpiùs aggrauantes, & per alia iuris remedia neceſſaria & opportuna exequantur,

[illegible]ונה מלך מוציא מחתה מאוצרתיו מביע מבאיש ממתק מוסר מולידיו משדד מכל מלמדיו מתחשב משכיל מצריו משצף מקשה מצור מצחו
[illegible]ים מפלת מוסרים מתיצב מנגד מנגד מביט מדקרות מרעים מהרה מושיעם מחיר מהלומות מלשמים מיקר משך מחשבות מפנינים מישא מלך
[illegible]אב משיחו מושל מקשיב משואות מדוחים מרש מרשנא ממוכן מרעיו מגנבי ממון מלומדי מלחמה משגיח מחלוניו מחרכיו מציץ מפרשי מכמורת
[illegible]ר מתחסר מכבד משה מתלאות מקטב מרירי מורדף מדאגה מדבר מוסדותיו מפותחים משתגערו מרוחה מפתם מריי מריו מתנבא מלבו מבזה
[illegible]ה מתנבאין מוכיחין מצעק ממסגר מצרים מעי מעי מוהלי משמים מפרי מצולותי משביעי מחמס מרורותי מושב מרחב מנוחה מתנבל מוטות
[illegible]א מפרק מפליג משגה מבראשונה מתדמה מבבירה מצרה מתחלחלת מחבליה מקללת מאבנים משכבי מזדוג מחרתה מתנחמת מעמלה
[illegible]אהביה מנשקת : **מרחם** מקימי מעפר מסכן מציל מעונה מחזק ממנו מחה מעות מתרחץ מטומאתו מתעצב מקרומות מתרעם
[illegible]פשו משפטיך מצדיק מחזיק מררי מעליו מבקש מחילתך מתבייש מהביא מענהו משכנותיך מוחה משתאות מחריש מתאחר מהתנפל משתחוה
[illegible]חוק : **מלכי** מצודתה מחצי מקנאים משגבנו מגדודי מתקומם מפלטנו מלשון מגדף מתי מועד מבשר משמיע מושעות מוכש ממשלות
[illegible]ה מועד מועדים מחצות מרעדים מתי מועד מתנוסס יך מבקעי מגדלים מהמיית מנענעים מרגשת מצלתים מריע מקדש ממלכה מקום
[illegible]ה משכן מחוקק מושב מחוקקים מושב מלוצצים מנגנים מנגינת משטרם מנצחי מזמור מנוצחים מחללים מחוללים מחזיק מנגנים מרותתי
[illegible]ה מרוע מכמנו מחמודות מושלכים מרגליות משתפכות מוצאות מגנזיך מטמוני מופה מוקדשים מרורות מטולים מנבלים מטפחות מבחניך
[illegible]אות מזבחותיך מרמס מנאצים משמרי משמרתך מאוספי משמר משחריך מגודפים מאין מנחם מבקריך מדוקרים מאין מתום מכתם
[illegible]ו מזורם מגלעד מתעתע משתעשע מיחליך משתומם מתאוה מחנק מות מעצמותיו מניעים מסעינו מרחקים מזרח מפורדים משמרות
[illegible]אתנו מערב מתוחים מיתרי מסגריו מעורר מחרף מצהלותינו מתאנות מקוננותינו מתמרות מדורותינו מרקד מגדלות מרחקנו מגדול מצחותינו
[illegible]ה מפחי מאשים מכבידי מנורותינו מכרכר מקול מפצים מקרקרי מבצרותינו משיג מקלות מסכה מקלסיך משבית מעבדך מאבד מנוס מנהם
[illegible]לכנו מחוננו מעולם מלט מעתיריך מצפיך מארצות מאויביהם משוך מצפוננו מלאך מליץ מערב מבהילנו מסיר ממתננו מועקה מתג משפתינו
[illegible]ינו מיומים מי מנוחות מנהלנו מרים מאגג מלכנו מנשא מלכותנו : תם

תמימים עולות תשע מאות וששים ותשעה מספרם :

זאת הבקשה תחלת כל מילותיה מם חברתיה אני חדל באלפי ידעיה הפניני בר אברהם בדרשי לחתפלל לאשר ממנו הטובה
והתועלות האמיתיות ולו יאות המהלל וההוד על כל זולתי הפלגתי במילי הפלא ופלא להראות העמים והשרים את כבוד
הלשון ומעלתו ואת יקר תפארת גדולתו:
והחכם אדוני אבי יצ׳ בראותו תכונת הבקשה ורוחב דרכיה וחמדת פליאותיה מחר למצא וכח אמר
בני חוצב להב · בטורי מי זהב · ראה ערכם ורחב · בהמנע כפרם :
ראה אם מימיך · אזי באדומיך · היאמר עמך · ונתתי מכרם :

שיר לגילבר״טוס גניבר״רדוס מורה חכמת האלהים ומלמד לשון עברית על ספרי הקדש שנדפסו במצות פיליפ״וס מלך ספרד יר״ה

שני שרים מה־שלא י־ כלו לעשות בלתי יגון
ביום זה מלך המלכים לבדך אתה עושה ׃
לעם האל מלך פרס ברכות ונכסים נתן
ובנה מקדש לאלהים אשר הרס אויב קשה ׃
ותלמי שלטון מצרים יונית ספרי הקדש
לכל עולם הכריז ללמוד בשבעים איש מצוות עשה ׃
ואתה בן גזע קדוש מאוד נכבדת משניהם
בכורש בתי המקדש הלא טהרת מכושה ׃
כמו מלך מצרי תתה לכל־אדם כתבי קדש
ברוב הצורות ולשונות להודיע סודות השה ׃
בכן בשתי פנים את־עיר קדוש ישראל בניתה
למען תצמח מבית ומבחוץ על כל מעשה ׃
בכן שדי שהיה עם שניהם יצליח דרכך
והרבה מהמה יוסיף וכאלה אתך יעשה ׃

HAEC ſua Hebraica ſic Latinè adumbrauit Gilbertus Genebrardus Theologus Pariſienſis, & Lutetiæ diuinarum Hebraicarumque literarum profeſſor Regius.

ANTIQVIS *bini quod vix potuere diebus*
Reges, nunc Regum maxime ſolus agis.
Perſa Cyrus Domino ſacratam condidit ædem,
Dona Dei populo, iuraque multa dedit.
Vulgauit Pharius diuina volumina princeps
Septenûm decies percitus arte virûm.
Sancta patris Caroli ſoboles tu vincis vtrũque,
Cum Perſa à Mauris diruta templa pias.
Cum Rege Ægypti toti das Biblia mundo,
Pluribus & linguis, pluribus atque typis.
Sic ſanctam ædificas duplici ratione Sionem,
Viuat vt exterius, viuat & interius.
Ergo quod Numen Regem tunc rexit vtrũque,
Nunc te in perpetuũ dirigat vſq; & amet.

ויפתח יהוחנן בינדיקט״וס צרפ״תי ובמונסטיר״ון בישיבת אנקנ״יס פרנקישק״נוס את־פיו בזה שיר פשוט על־רנת הגדול המקרא שנדפס במצות הגדול והאדיר במאד מאד פיליפ״וס מלך ספרדים יר״ה בבית כרישטופ״ורו פלנט״ין הדופס ואיש נוצרי פה אנוירש״ה העיר הגדולה והמהוללה בשנת לגאולתינו שע״ לפ״ק ועל רנת שנזכר המלך ועל רנת הרב אריא״ש מונטנ״וס והרב פאב״ר ויזמור עליהם לאמור

דור הקדמון זרע נח גם דור עבר כלם בינו
הנה ראי־ נו נפלאות כי־פעל פ־ על בימינו ׃
הן ספר י־ חיד בספרים היום נדפס כל־המקרא
קראו בו־נא וקחו אותו כי־כולל דב־ רי־אל נורא ׃
מום או שקר אין בו כי־אם חכמת אנך יורה אתכם • חאל
על־כן תהגו בו יום ולילה ויהי תמיד בלבבכם ׃
אז תצליחו את־דרכיכם גם לא תבא לכם הוה
אך תקחו את־ חסד את־חן גם ברכות הי־ טוב מיהוה ׃
עתה צרפת יודעת־אל לא־כן יודעה בית־ישראל
וספרד הי־ תורה יודעה לא־בה אבד זכרון האל ׃
אשריך ארץ שמלכיך נא־ מן פיליפוס ישנו מולך
לא קם כמו־ הו על־דורו שאת־האל־ הים יתהלך ׃
רב אריאש רב פאבר בם־ לאכה זאת הי־ יו ראש פינה
לכבוד צרפת וספרד ול־ למד לבני־ הן הבינה ׃
אשריכם כי־ציון מע־ תה תחקור מ־ כם התורה
חבקתם בת־ יעקוב כי־על־ ידכם דעת עבר מפרה ׃
מי יגיד את־ מעשים האיש־ ים שעשו על־זה ספר
גם זעה גם תוקף מעבי־ דיהם אם־לא רב מספר ׃
ואלהים ז־ כור יזכור ע־ מל שהטי־ בו את־נוצרים
וביום שלום שכר להם ינתן מ־ שר השכרים ׃

אכ״יר

IN EDITIONIS SYRIACÆ ἐγκώμιον pſallebat F. Iochannes Benedictus *Gallus, necnon inſtituti Franciſcani alumnus.*

עתה אהלל האישים יקרים גם־כן אגדל מעשיו ב־תה־לות ׃
לא קם כמו פוסטל נבון לשונות יצא שמו כל־ארצות או גב־לות ׃
פבר לשון כשדים אהב והפרה אותו לאור הוציא מתוך אפ־לות ׃
אכן יהוה הרחיב את־לבבו . לעשות עתיקה הזאת גם לכ־לות ׃
דופס פלנטין אשריהו בדורו גם יש־שמו נכבד או רב פע־לות ׃
קראו בספר זה דברי אמונה נשקו לספר כל־ימים ולי־לות ׃
הן־הרו מספר עז גניבי נדפס בבית כופרין הולכים בעו־לות ׃
אך זאת עתיקה רב פבר תהלל ותהי כבודו גדול ב־קה־לות ׃

בנל״ך

הַשִּׁירָה׃

אֲנִי מוֹדָה לְאֵל פּוֹדֶה
מִבּוֹר חַחְתִּית גְּוִיָּתִי
וְלַעֲטֶרֶת וְתִפְאֶרֶת
אֶתְכּוֹן תָּמִיד תְּפִלָּתִי ׃
אָהְיֶה כֶּתֶר אַתָּה סֵתֶר
צִנָּה רָצוֹן לְנִשְׁמָתִי
אַתָּה יֶשֶׁר אַתָּה נָשָׁר
רוֹחֵף עַל־מֵי אֲדָמָתִי ׃
וְאַתָּה יָהּ לְךָ הָיָה
רֵאשִׁית חָכְמָה וְגַן עֵדֶן
וּבִיהוֹ אֲשֶׁר קָוִי
נִבְנָה בִינָה כְּמוֹ אֶדֶן ׃
הָאֵל חֶסֶד אַתָּה יוֹסֵד
אֶת הָעוֹלָם בְּסוֹד רַחֲמִים
אַתָּה מַיִם מְשָׁמַיִם
וַתַּל מֵנִיף בְּהַחֲכָמִים ׃
אֱלֹהִים חַד לְךָ פַּחַד
הַדִּין קָשֶׁה וְאֵשׁ בּוֹעֶרֶת
וּבִיהוָה בְּחוֹךְ נוֹעָה
עֵץ הַחַיִּים וְתִפְאָרָה ׃
נֵצַח סָדֶר הוֹד וְהֶדֶר
הֱיוּ לָכֶם צִבְאוֹת צְבָאוֹת
אֵל חַי שַׁדַּי אֲשֶׁר לוֹ דַּי
צַדִּיק אָבִיר בְּרִית וַאוֹת ׃
יְסוֹד עוֹלָם יְכוֹל־כֹּלָם
שַׁדַּד שֵׁדִים וְצָרֵנוּ
שְׁמוֹר נַפְשִׁי כְּטוֹב חֹפְשִׁי
פֶּן אִכָּשֵׁל בְּצוּרֵנוּ ׃

בָּרֵת סוֹפֵר רַע וְכוֹפֵר
בַּצּוּר עִיקַר מְקוֹר חַיִּים
פֶּן הוּא יָמֵת כָּל־הָאֱמֶת
בְּאֶרֶץ בַּיִם וְתוֹךְ אִיִּים ׃
לְךָ אוֹהֲל אֲשֶׁר יַהֵל
עַל עַבְדְּךָ אַתְּ אֲדֹנָי
שָׁכִינָתִי תְּכוּנָתִי
לְכִי צִיּוֹן וֲהַר סִינַי ׃
לְכִי סְפָה לְכִי חְפָה
אָרוֹן בְּרִית לְכָה כַלָּה
אַתָּה חֹדֶשׁ תַּחַת קֹדֶשׁ
מַלְכוּת לְכִי וְכֹל כְּלָח ׃
לְךָ שִׁלְטוֹן אֲנִי קְטוֹן
אָשִׁיר הַשִּׁיר וְהַתּוֹדָת
עֲלֵי סֵפֶר מְלֹא שֶׁפֶר
אַרְנִין נַפְשִׁי וְטוּב אוֹדָה ׃
אָב בֵּן רוּחַ אֶתְלָה לוּחַ
בְּתוֹךְ הֵיכָל שָׁבָנְיתִי
כֹּל יָשִׁיחַ בַּמָּשִׁיחַ
כִּי עַל יָדוֹ זֶה קָנִיתִי ׃
יְשׁוּעָתָה אֲנִי עַתָּה
אֹמַר מִזְמוֹר עַל כִּנּוֹרִי
וָאָגִילָה עַל מְגִילָה
שֶׁמְּאִירָה כֹּל־הוֹן אוֹרִי ׃
אֲנִי מַעְתִּיק בְּכְתָב עַתִּיק
סֵפֶר רֹאשׁוֹן בַּסְּפָרִים
אֲשֶׁר בּוֹ אֵל פְּרוּת מְלֵל
וַדָּבָר הוּא אָח דְּבָרִים ׃

אַרְיֵה וְשׁוֹר הָאִישׁ מִישׁוֹר
עִם הַנָּשֶׁר בָּאוֹפָנִים
אֶל עִבְרִיִּים וְרוֹמִיִּים
אֲרַמִּיִּים וְיָוָנִים
שְׁאוּ בְּרִית וְזֹאת אַחֲרִית
וְרִאשׁוֹנָה אֶל כָּל עַמִּים
וְלִישׁוּעַ בְּקוֹל שׁוֹעַ
שִׁירוּ כָבוֹד בְּכָל יָמִים ׃
סִפְרַת מוֹרִים סִפְרַת אוֹרִים
סִפְרַת חַיִּים לְפִי רֵרִי
וּפִתְחִי בַּמַּפְתֵּחַ
סֵפֶר רוֹדָה סְפָרָדִי ׃
חָנָה הֵלֵךְ לְכָל־מֶלֶךְ
לִקְרֹא תָּמִיד בְּהַתּוֹרָה
אֲשֶׁר עוֹשָׂה בְּיֵדֵי מֹשֶׁה
שָׁם עִם נוֹרָא מְאוֹד נוֹרָא ׃
רוֹעֶה רוֹעִים רַבִּים תּוֹעִים
בְּזֶה סֵפֶר בְּלִי רֵעָה
כִּי עִם חֲפֶל לֹא עִם שֶׁפֶל
הֲעַם נָבָל בְּכֵן רֵעָה ׃
עֲבוֹר אֶמֶשׁ זֶרַח שֶׁמֶשׁ
שֶׁמֶשׁ צֶדֶק בִּלְבָבֵנוּ
וְהָכִינָה בְּהַבִּינָה
מְלָכֵינוּ וְרַבֵּינוּ ׃
רְצֵפַת צַרְפַת
צֶרֶף בָּאֵשׁ מְנוֹרָתָה
אָז יִשְׂרָאֵל אָז יִשְׁמָעֵאל
יִרְאוּ תְאוֹר בְּשׁוֹרָתָה ׃

HANC DEO OPT. MAX. CANEBAT ODAM GVIDO FABRICIVS BODERIANVS, TOTO BIBLIORVM OPERE REGIO FELICITER ABSOLVTO, M. D. LXXI. CAL. MAII.

ΕΙΣ ΓΕΡΑ ΒΙΒΛΙΑ ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ.

Η σελίδων ἁγίων ἁγιωλάτη, ἡ θεοπνεύστων
πασῶν τῶν γραφέων πανθεοπνευστολάτη.
Η σοφιῶν σοφίη, βίβλων βίβλε, σύθεν ἔφυρε
καὶ βιβλεφωνυμιῶν σεμνολάτλιν, Βιβλία.
Τεῦ παλαιοτάτην θείης χρηστήριον ὄμφης
τῇ θείῃ δυνάμει εἰσέλυ σωζόμφων.
Μήπως ψευδογραφοῖτ', ἢ ψευδογραφηθὲν σὺ ὀρθοῖ
γλώσσῃ ἐπαλλήλῃ ψεύδε ἐλεγχόμφων.
Εὐσεβέε βασιλῆος ἀπ' εὐσεβέοντε Φιλίππε
εὐδοκίῃ γλώσσαις ποικίλον ἐξεδόθη.
Εἰδὲ μέγα κλεῖος Πεισιστράτῳ τῷ βασιλῆϊ
ψευδογεγραφῆς ψευστῷ ῥύσαι αἰδοπόλον.
Πόσσω μεῖζον ἔοι τὸ κλέε βασιλῆϊ Φιλίππῳ
ψευδέων ἀψευδὴ ῥυσαμένῳ λογία.

τέλος.

B. ARIAE MONTANI
HISPAL. AD CHRISTIANVM
LECTOREM DE SYRIACIS NOVI
TESTAMENTI LIBRIS
ADMONITIO.

VM *Tridenti in ſacro Eccleſiæ Catholicæ Concilio eſſemus, Syriaci exemplaris, Ferdinandi Imperatoris felicis memoriæ iuſſu & liberalitate ad Orientalium Eccleſiarum vtilitatem impreſſi, inq; lucem publicam nobis etiam editi, copiam Pragenſis Archiepiſcopi Cæſaris ipſius Legati operâ nactus ſum. quod cùm nouitate characteris non antea viſi, quanquam ab Arabica forma non longè abſcedentis, tum ſtudio ipſo cognoſcendæ illius linguæ, mihi mirũ in modum placuit. Dolui autẽ quòd in illo exemplari quædam deſiderarentur volumina, quæ apud Græcos & Latinos integrum Noui Teſtamenti librorum numerũ conficiunt, nimirum ex Canonicis epiſtolis aliquæ, & integra Ioannis Euangeliſtæ Apocalypſis, & cuiuſdam apud eundem Ioannem in Euangelio capitis pars, in qua adulteræ mulieris, ad tentandum Chriſti iudicium malitiosè à Scribis & Phariſæis producta, hiſtoria narratur. Sed multò etiam grauiùs & vehementiùs eundem voluminũ illorum defectum biennio pòſt dolui, vbi linguæ illius peritiam diuino beneficio ſum aſſecutus: quippe cùm tantam in illo libro commoditatem, ad Teſtamenti Noui Græcè & Latinè intelligendi vſum capi poſſe intellexerim, quantam mortalium nemo æſtimare queat, antequam vel illud ipſum exemplar Syriacum linguæ rectè cognitæ, vel eius fidelem verſionẽ cum Græcis & Latinis contulerit & compoſuerit. Quandoquidem multa loca ſubobſcura in iis familiaribus apud nos linguis reperiuntur, quæ ex illius exemplaris lectione fiunt apertiſſima, ſibiq; ipſis & cum noſtris & cum re, de qua ſermo ſit, mirè conſtant. Cùm autem in Canonicis illis vltimis Ioannis Epiſtolis atque in Apocalypſi maximè plurima difficillima paſſim inueniantur loca, ad quorum explicationem non parum lucis illius antiquiſſimæ & Chriſto Apoſtoliſq; familiaris linguæ obſeruatione afferri poſſe crediderim; non potui non dolere, quòd illi libelli nobis etiam in eodem exemplari non conſtarent: quos tametſi Græca lingua primùm ſcriptos ſcirem, tamen inde in Syricam, vt nobis in Latinam, à Syris tranſlatos fuiſſe oportere intelligebam. Et quanquam archetypæ quidem linguæ, quæ Græca, vt diximus, eſt, exemplar nobis integrum ſupereſſet, tamen illam Syricam verſionẽ extare quoque cupiebam, idq; diligenter cognoſcere ſtudebam; atque ita eſſe intellexi primùm ex Alberti Vuidmanſtadij, viri piiſſimi ac doctiſſimi ſacri Imperij Nomophylacis, & aliorũ præclariſſimorum teſtimonio, qui illi operi Ferdinandi Cæſaris iuſſu imprimendo operam nauarunt. deinde ex Andrea Diacono Babylonico, mihi familiariter noto, atque illius linguæ peritiſſimo, qui mecum diu ac frequenter conuerſatus eſt in Regia curia apud Mantuam Carpentanam. Demùm etiam idem Romæ cognoui, multis ſummis viris referentibus Moſis Mardeni, & Calebi Babylonici ſermones, ſi quidem vterque propriæ nationis Patriarcha, Romæ per idem tempus ante decem & octo annos fuêre, atque illas*

Epiſtolas

Epiſtolas, nec non Ioannis Apoſtoli & Euangeliſtæ Apocalypſim apud illarum regionu
Chriſtianos eſſe, magnaq; illic veneratione vtpote diuina eloquia & habita & credit
obſeruari aſſerebant. Verùm enimuerò quòd multo tempore poſt alias Noui Teſtamenti pa
tes illis ex Græca lingua in ſuam conuerſa ſunt, ſeorſum in iuſto volumine contineri v
cum aliis Legis, Prophetarum, & Hagiographorum libris, neque adeò communem horu
voluminum lectionem populo eſſe, quòd multis myſteriis & intellectu difficillimis referta
crederent. Recepiſſe autem Moſem illum in ſe curam volumina illa Apocalypſis & C
nonicarum Ioannis, cum Veteris etiam Teſtamenti codicibus, ad nos tranſmittendi; exiſ
mari verò eundem morte occupatum id præſtare non potuiſſe. Cùm igitur ſacra Bib
Philippi Catholici Regis iuſſu imprimenda omnibus partibus abſolutiſſima edere ſtuder
mus, quanquam dolebamus vehementer volumina illa miniſtris Germanicis & Bom
bergianis exemplaribus Noui Teſtamenti deſiderari; tamen non ideò exiſtimauimus ſacro
rum oraculorum ſtudioſos illo aliorum omnium librorum, qui nobis ſuppetebant, theſaur
eſſe defraudandos, in quo tantum vtilitatis ad noſtrarum archetyparum linguarum &
verſionum explicandam ſententiam eſſe manifeſtò ſciremus. Præſertim cùm Apocalypſis &
Canonica illæ Epiſtolæ & in Græcis exemplaribus ſalua nobis conſtarent, & in Lat
lingua feliciter verſæ haberentur. Nam de Veteris Teſtamenti Syricis libris non adeò l
borauimus, eò quòd ex iis fragmentis, quæ nobis videre contigit, illam ſacrorum libro
partem non ex Hebraica & primæua lingua, ſed ex Græca ab Origene permixta verſi
ad Syros eſſe tranſlatam cognouerim, id quod inſtituto noſtro non multum conferre exi
mabamus. Vt autem optandum eſt & curandum diligenter, vt Apocalypſim cum Ca
nicis illis aliquando habeamus, atque id Regia cura & liberalitate futurum propediem
ramus; ſic etiam non committendum fuit, vt iis interim libris, qui nobis contingunt, ca
remus, præſertim cùm maximum ex illis operæ pretium ſtudioſis noſtris neceſſarium eſſe
tò ſciremus, & ad locorum, qui in noſtris linguis ſubobſcura videntur, explicationem, &
ad confirmationem ſacrorum rituum & diuini cultus iam ab antiquis temporibus in Ca
tholica Romana Eccleſia obſeruati. Adultera hiſtoria verißima eſt, & ab Euangeliſ
Ioanne deſcripta; ſed qua nonnulla Græca exemplaria caruerint, ex quibus vnum Chr
ſoſtomo contigit, vnum etiam ſimile Syris olim, ex quo illi ſibi Euangelium illud verterit
contigiſſe arbitramur. Quòd verò de Ioannis Euangeliſtæ, Apoſtoli & Theologi, var
agnomentis quidam commentantur, falsò exiſtimantes tres aut duos illos fuiſſe Ioannes
quoniam non huius loci diſputare eſt, nos in aliud tempus conſultò reſeruamus, doctum
nifeſtè, reipſa eundem Ioannem Apoſtolum tribus illis cognomentis varias ob cauſas fu
appellatum.

DANIELI BOMBERGO

I. V. DOCTORI BENED. ARIAS MONTANVS S. P. D.

CVM *anno quinquagesimo nono Venetiis essem, certis auctoribus accepi, duo Noui Testamẽti Syrici manuscripta exemplaria patrem tuum Danielem habuisse, veneranda vetustatis & magna auctoritatis volumina. Ea cùm nobis hoc tempore ad sacrorum librorum (quos ex Catholici Regis consilio & auctoritate excudimus) expeditionem vtilissima, imò necessaria existimarem; omni diligentia inuestiganda curaui, nec aliam commodiorem reperiendi rationem hactenus cognoui, quàm vt te, qui vt generis & nominis, ita etiam eruditionis hæres patri tuo successisti, de ea re nobis curanda adirem. Cùm verò propter assiduas occupationes præsentem alloqui non possem, epistola compellare constitui, atque ea quidem breui & tumultuaria (propter negotia quibus distineor perpetuò,) sed tamen quam apud te perinde valere cupiam, atque ipse ego si præsens agerem. Scis quantum totius Christianæ reipub. & studiosorum omnium interfit, vt Biblia hæc omnibus auxiliis, subsidiis aucta, apparatuq; instructa omni, quàm optimè & quàm citissimè absoluantur. Perfecimus iam ferme totũ Vetus Instrumentum, atque Nouum propediem inchoare paramus. Et quoniã in Syricis non habemus manuscripta exemplaria, quibus vtamur ad collationem & correctionem impressorum, præter vnum Hebraicis literis exaratum, illis patris tui quærendis operam damus. quorum (si tu vel alterum vel vtrumque habes) copiam nobis facias oro. sin verò non habes, vbi autem illa sunt noſti, & publica Ecclesiasticæq; rei causa, & Regij nominis auctoritate postulo, vt omni diligentia adhibita, vndecunque illa perquisita nobis accommodes, tibi aut cui tu voluerispost vsum nostrum integra fide reddenda. Fuêre qui mihi affirmarent illa Coloniæ esse (nam Francofurti ipse inquirẽda curaueram.) Non autẽ existimo graue me tibi onus impositurum, si vbicũque ea sint, ad nos afferendi causa, cùm opus fuerit, eò vsque excurras. Omnino enim carere nollemus huiusmodi exemplaribus, etiam si Venetias vsque aut longius tibi esset excurrendum. Officium igitur & pietate tua dignum, & Regi nostro gratissimum facies, si quod postulo, quàm maturrimè & diligentissimè curaueris, atque in ea efficienda re omnẽ tuam operam posueris. Vale. Antuerpiæ, 10. Calend. Iunias, 1570.*

TESTIMONIVM
COLONIENSIVM.

VNIVERSIS & ſingulis, cuiuſcunque ſtatus, præeminentiæ, & dignitatis fuerint, ad quos hæ patentes literę noſtræ dirigentur, eaſdem legerint, viderint, vel audiuerint; Nos Cõſules & Senatus Imperialis ciuitatis Coloniæ Agrippinæ, ſalutem & omne bonum. Noueritis, quòd coram nobis perſonaliter conſtituti fuerint honeſti ac diſcreti viri & conciues noſtri, Marcus Velberger mandatarius honeſti Caroli Bombergers Doctoris, Daniel Bomberger, Georgius vom Steine, & Dominicus Petitpaſs. Quibus ſic conſtitutis, dictus Marcus Velberger nomine quo ſuprà narrabat, quòd dictus Doctor Carolus Bomberger Exemplar Noui Teſtamenti Syriaca lingua, duobus voluminibus comprehenſum, miræ antiquitatis, quondam Danielis Bombergers, patris ſui bonæ memoriæ, impenſis Venetias ex Syria delatũ, noluit Danieli fratri ſuo, id requirenti nomine, interpellatione, & petitione D. Benedicti Ariæ Montani, Catholici Regis in ſacra cauſa legati, concedere, niſi vel octuaginta aurei coronati pignoris loco ipſi numerentur, aſſeruandi ab eo quoad exemplar, vbi impreſſioni inſeruierit, reſtituatur; vel aliàs ſufficienter per ciuem aliquem Colonienſem ei caueatur de dicto exemplari infra ſex menſes reſtituendo. Et quoniam dictus Daniel Bomberger in præſentiarum commoditatem prælibatos aureos exponendi non habeat, eapropter à diſcreto Georgio vom Stein conciue noſtro præſenti obtinuit, vt pro ſe cauere dignaretur. Qui ad manus noſtras legitimè ſtipulando, cauit in illum effectum, quòd dicto Carolo Bombergio prælibatum exemplar in hac noſtra ciuitate, & infra ſex menſes proximè ſequẽtes ſanum & integrum reſtitui debeat. Sin minùs, quòd tunc modò dictus Georgius vom Stein tanquam principalis debitor dicto Carolo, eiúsve ſupramemorato mandatario, prælibatos aureos octuaginta, ad xxiij. Batzeos numerando, ſine aliqua mora, exceptione vel contradictione vlla, exoluere debeat ac velit, abſque fraude. Ne autem eiuſmodi voluntariæ obligationis dictus Georgius vom Stein damnum aliquod patiatur; diſcretus Dominicus Petitpaſs, etiam conciuis noſter, ad manus noſtras ſtipulando promiſit, ſe ſæpedictum Georgium vom Stein etiam ſine aliqua exceptione vel tergiuerſatione ſuprafactæ obligationis indemnem habiturum. Porrò Daniel Bomberger ſimiliter ac ſolenniter ſtipulando obligauit ſe, quòd ſi iuſto ac præmiſſo tempore exemplar prælibatum non reſtituatur, ac Dominicus Petitpaſs, cæteriſque fideiuſſores prædicti, ſeu aliquis eorum exinde damnum aliquod paterentur, ſe eiuſmodi damnum cum omnibus inde ſecutis bona fide, & vt virum bonum decet, reſtituturũ, dictosque promiſſores omninò indemnes habiturum eſſe, exceptionibus quibuſcunque in contrarium facientibus excluſis. In cuius rei fidem & teſtimonium præſentes literas ſigilli noſtri ad cauſas appenſione muniri mandauimus. Datæ XIIII. Iunij, Anno LXX.

Ita ſignatum,

Laur. Creb.

TABVLARVM IN REGIIS BIBLIIS DEPICTARVM BREVIS EXPLICATIO,

Per Chriſtophorum Plantinum.

In primo tomo ſunt tabulæ tres.

PRIMA tabula continet ſignificationem concordiæ omnium Imperiorũ in Chriſtianæ Religionis cultum & ſtudium. Aſſyriorum enim & Perſarum, nec non Græcorum & Latinorum nationes certis animantium imaginibus indicantur: quas omnes in Chriſti Regni obedientiam conſpiraturas Iſaias prædicebat; Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit: vitulus, & leo, & ouis ſimul morabuntur, & puer paruulus minabit eos. Vitulus & vrſus paſcentur, ſimul requieſcent catuli eorum, & leo quaſi bos comedet paleas. Iſai. 11.

Huic tabulæ addita eſt corona quatuor arborum ramis connexa, quæ vſum quatuor linguarum ſacrarum ad vnam Chriſtianæ Religionis diſciplinam ſignificat. Conſtat enim Iſraeliticam regionem generoſarum palmarum copia inſignem fuiſſe, Babylonicam ſalicibus abundaſſe, Græcos oliuæ imagine fuiſſe ſignificatos, apud quos Athenæ celeberrimum gymnaſium Palladi conſecratum fuit, Palladi autem oliua dedicabatur. Latinorum verò ſymbolum quercus fuit, Saturno priſco ſacra.

In ſupremæ tabulæ faſtigio columba eſt, ſancti Spiritus ſignificatione notiſſima, cuius auctoritate vtriuſque Teſtamenti liber nobis conſtat.

Sub columnarum baſibus duo ſymbola ſunt, ex altera parte Archimedis nudi cum libro procurrentis imago, ab Aria Montano iamdiu delecta, certa quadam ſuorum ſtudiorum ſignificatione. Ex altera verò parte Plantini Typographi ſymbolum eſt circinus, altero pede fixo, altero laborante.

Secunda primi tomi tabula.

HAEC tabula à Benedicto Aria poſita eſt, ad Philippi Regis pietatem ſignificandam, & ſtudium erga Catholicam Religionem oſtendendum. Huius enim Regis cura & felicitas maxima multis exemplis in vtraque adminiſtrandi Regni ratione probatur. Nam ſi bellicas artes ſpectemus, conſtat illum nemini vltrò bellum intuliſſe, vtpote ab omni iniuriæ inferendæ cogitatione alienum principem, & tamen ſæpè illatum ſibi ſuisque regionibus, aut tentatum ab aliis fortiſſimè ſuſtinuiſſe, & feliciſſimè ſuperaſſe. Hanc rationem palma ſignificat ad dexterum tabulæ latus cõſtituta, bellorum exuuiis atque trophęis ornata, & inſcriptione adiuncta, OB DELETOS ARVSPICES BAAL. hac ſignificatione videlicet, Philippum Regem Ioſiæ optimi Regis exemplo armis, ferrò atque igni omnium hæreticorum & ſchiſmaticorum fęces ex ſuis regionibus expurgaſſe. Si verò pacis commoda obſeruemus, affirmare etiam poſſumus, nullum multis ab hinc annis Principem extitiſſe, qui in Religione colenda, Iuſtitia adminiſtranda, literarum promouendis ſtudiis, & eruditis viris ornandis, denique literis, pictura, ſculptura, cæterisque liberalibus aut honeſtis artibus aut vitæ commodiſſimis, quales ſunt agricultura & nauigatio, illuſtrandis & amplificandis, huic anteponi poſſit. Hanc autem rationem oliua indicat ſiniſtro tabulæ latere conſtituta, omnium artium, quas pax alit & cõfirmat, inſtrumentis ornata. cui inferius inſcriptio additur, OB TEMPLI SARTA TECTA CVRATA. Non ſolùm enim aruſpices Baal, hoc eſt, ſchiſmaticos & hæreticos ex ſuis regionibus delendos curauit Philippus, ſed diuini cultus cognitionem, ſtudium, & exercitationem ſumma auctoritate, cura, atque diligentia promouit & promouet.

Ex

Ex altera autem parte, qua bellorum trophæa ſunt, manus eſt in lapide titulari conſtituta, gladium tenens, quæ alterum Regis munus ſignificat, hoc eſt, Iuſtitiæ plenam & ſeueram adminiſtrationem in eos qui publicam honeſtatem & pacem vel vi, vel iniuria inferenda, vel fraude facienda violant. Ex altero verò caduceus ſiue Regium ſceptrum eſt, oculis adhibitis vigilantibus : hoc altera manu tenetur, quæ in lapide etiam titulari conſtituta eſt. Hæc verò imago Regiam ſedulitatem, vigilantiam, diligentiam & conſtantiam ſignificat in emendanda legibus, ac moribus adornanda republica. Illius partis inſcriptio eſt, AVT GLADIO: huius verò, AVT VERBO. nam vel hoc, vel illo modo (vt magis expedire pro rerum, perſonarum ac temporum ratione videatur) perpetuò Regem in gubernanda repub. attentum eſſe oportet.

In hac tabula baſis conſtructa eſt, inque baſi Pietatis Regiæ imago conſtituta, eademque ſacrorum Bibliorum quadrilinguium exemplum manu tenens, quod ante aram ad Catholicæ Eccleſiæ vſum offert. Aræ verò inſcriptio ſic habet: DEO P. F. SS. hoc eſt, Patri, Filio, Spiritui ſancto, PATRVM NOSTROR. SACRVM. Quòd nullam religionem aut agnoſcat Rex, aut in ſuis ditionibus admitti velit, niſi eam quam patres noſtri coluerunt, hoc eſt, Catholicam Romanam. Nouas has & cæteras omnes ſectas falſiſſimas cenſeat, & repudiet. Huius autem Catholicæ Religionis fouendæ, colendæ, & propagandæ cauſa hoc ſacrorum Bibliorum omnibus antiquis atque ſacris linguis conſtans opus, diligentiſſimè atque integerrimè impreſſum, inſtaurandũ curauerit, ad Ioſiæ Regis pientiſſimi exemplum, qui inuentum in templo diuinæ legis exemplar in multa exempla deſcriptum populo exhibuerit; lege lata, vt ille ſolus Deus coleretur, eoque modo quem liber ille præſcriberet. Hanc autem totam rationem ex ſacræ Scripturæ locis petitam antiqua inſcriptionum phraſi baſis ipſa exponit.

Tertiæ tabulæ explicatio.

TERTIA tabula Veteris Teſtamẽti, hoc eſt quinque librorum Moſis, auctoritatem indicat, cuius ratio breuiter exponetur. Teſtamentum Vetus diuinarum humanarumque rerum notitiam imprimis continet, & diuinorum etiam de humana ſalute promiſſorũ, Deique voluntatis, humanorumque officiorum doctrinam, tum aperto & perſpicuo, tum figurato & ænigmatico ſermone hominibus exhibet. Tantorum verò argumentorum fidem, reuerentiam, obſeruantiamque maximam eſſe oportet hominibus, dummodo conſtet eorundem auctoritatem eſſe diuinam, neque eſſe hominem horum librorum auctorem primum. Hoc autem ita ſe habere, Diuus Paulus in primo epiſtolæ ad Hebræos capite confirmat, aſſerens Angelorum miniſterio Dei nomine olim nõ ſemel nec vno modo, ſed multifariam multisque modis illorum librorum & rerum, quæ in illis continentur, auctoritatem & fidem ſpectatiſſimam certiſſimamque fuiſſe, idque nobis conſtare multis & maximis teſtibus à Deo delectis. Nam poſt ſalutem orbi ab aquis reſtitutam Deus per angelum Noe alloquutus, in fide & ſpe ſalutis expectandæ confirmauit, & promiſſi ac propoſiti ſui repetitione & expoſitione animauit, ſicut ſcriptum eſt, Statuam pactum meum vobiſcum. Gen. 9.

Deinde verò poſt trecentos & amplius annos eorundem promiſſorum clariorem etiam & explicatiorem rationem Abrahamo inter diuiſorum cadauerum partes dormienti inſtaurauit, ſicut ſcriptum eſt, Scito prænoſcens, quòd peregrinum futurum ſit ſemen tuum &c. Et paulò pòſt, In illa die pepigit Dominus fœdus cum Abraham.

Poſt hæc verò centum circiter annis tranſactis, Iacob in viſione ſcalæ illa omnia myſteria indicata ſunt: eidem demum confirmata, iam mutato Iacob in Iſraelis nomine, & appellatione populi in illius familiam conſtituta, ſicut ſcriptũ eſt, Gen. 32. Non dimittam, niſi benedixeris mihi. ait ergo, Quod eſt nomen tibi? Reſpondit, Iacob. At ille, Nequaquam, inquit, appellabitur nomen tuum Iacob, ſed Iſrael &c. Atque in illo loco magna myſteria continentur.

Præterea Moſen apud ardentem atque illæſum rubum Angelus Dei nomine, de parata iam proximeque futura filiorum Iſrael ſalute alloquutus eſt, in qua humanæ ſalutis ratio vt in figura continebatur. Tandem verò Moſis legiſlatoris auctoritas, & legis ipſius totiusque Veteris Teſtamenti fides publicè facta eſt, non vni aut paucis & raris, quanquam maximis aliàs viris, vt olim, ſed omni in vniuerſum Iſraelitarum populo audienti tonitrua & ſonum tubæ de medio igni, in ſublimi aëris loco & vocem humana maiorem, qua decem legis præcepta pronuntiata ſunt, & Moſes ipſe verus Dei miniſter & interpres eſt confirmatus. Quibus ex teſtimoniis omnibus apertè conſtat, Pentateuchi auctoritatem eſſe diuinam.

Secundi tomi tabulæ explicatio breuis.

PRIMA tabula continebat legis à Deo latæ certiſſimam fidem, omni populo publicè factam, vt ex poſtrema illius imagine obſeruauimus. Sed quia Vetus Teſtamẽtum non ſolùm leges à Deo ſancitas, verùm

verùm etiam promiſſa terrena continebat, quibus velut vmbra aut imagine quadam cæleſtis regni promiſſa ſignificabantur; oportuit illa præſtari & expleri, atque illorum exemplo edito confirmari etiá ſpem cæleſtium promiſſorum, quæ tandem credentibus atque obedientibus obtinenda erant. Ideóque in ſecundo tomo, qui Ioſue, libros Iudicum ac Regum continet, appingitur ingreſſus filiorum Iſrael in regionem promiſſam: quem, vbi tempus à Deo præſcriptum acceſſit, nullæ vires, aut opes, nulla potentia, nulla conſilia humana impedire potuerunt: immò & flumina ipſa contra naturæ curſum reducta, admirabili conceſſione iuuerunt. atque ita qui per Angelos dictus eſt ſermo, factus eſt firmus. id enim conſtitit populo Iſraelitico in regionem deducto promiſſam, ibidemque diutiſſimè commorante, atque populorum labores, vt Pſaltes ait, poſſidente.

Quarti tomi tabulæ explicatio.

QVARTVS tomus Prophetarum ſcripta continet, qui variis legationum, vaticiniorum & actionum generibus Iſraelitarum populum diuinæ voluntatis cognoſcendæ, ac puræ religionis colendæ rationes docuerunt, atque in huiuſmodi adminiſtrando munere multa eademque grauiſſima multi ex illis pertulerunt. Quamobrem vineæ Domini exercituum imagine hic tomus ornatur, cuius deſcriptionem ex Iſaiæ vaticinio, atque ex Euangelica lectione petere licebit. Eſt autem hæc tabula argumento maximæ ſolicitudinis, curæ, ac diligentiæ, quam Deus in Eccleſia ſua excolenda, ornanda, amplificandaque ponit.

Quinti tomi tabulæ explicatio.

NOVI Teſtamenti fidem non ſecus atque Veteris diuina auctoritate conſtare, tabula hæc indicat: eamque tanto digniorem eſſe, quanto Angelis Dei ipſe Dei filius, huius Teſtamenti miniſter & interpres, præſtat: quantoque maiori & illuſtriori rerum & teſtimoniorum apparatu confirmari hoc Teſtamentum voluit Deus. Antè enim quàm Euangelium à Chriſto enuntiaretur, Iohannes Baptiſta, multis miraculis ac manifeſtis ſignis ab ipſo infantis à matre concipiendi tempore ad baptiſmi exerciti vſque dies, illuſtris extitit. Hic venit in teſtimonium, vt teſtimonium perhiberet de lumine. Hic verò teſtimonio diuino edoctus cognouit Ieſum Nazarenum eum eſſe, quem antiqua vatum oracula prædixerant, tempora omnia expectauerant, hoc eſt, Dei filium dilectum, Noui Teſtamenti miniſtrum, & publicæ ſalutis procuratorem atque pontificem. Hoc itaque teſtimonium Ioannes ipſe conſtantiſſimo animo integerrimoque officio hominibus publicè pronunciauit.

De Apparatus tabulis.

IN Apparatu ſunt multæ tabulæ, quarum rationes ex ipſis libris, quibus adduntur, petendæ ſunt.

ORDO LIBRORVM
VETERIS TESTAMENTI.

In primo tomo eſt
- Geneſis.
- Exodus.
- Leuiticus.
- Numeri.
- Deuteronomium.

In ſecundo tomo eſt
- Ioſue.
- Liber Iudicum.
- Ruth.
- Regum I. II. III. IIII.
- Paralipoménon I. II.

In tertio tomo eſt
- Eſdræ I. II. III. IIII.
- Tobias.
- Iudith.
- Eſther.
- Iob.
- Liber Pſalmorum.
- Prouerbia Salomonis.
- Eccleſiaſtes.
- Canticum Canticorum.
- Liber Sapientiæ.
- Eccleſiaſticus.

In quarto tomo eſt
- Iſaiæ Prophetia.
- Ieremiæ.
- Baruch.
- Ezechielis.
- Danielis.
- Oſee.
- Ioëlis.
- Amos.
- Abdiæ.
- Ionæ.
- Michęæ.
- Nahum.
- Habacuc.
- Sophoniæ.
- Aggęi.
- Zachariæ.
- Malachiæ.
- Machabęorum I. II.

ORDO LIBRORVM NOVI TESTAMENTI.

Quintus tomus cõtinet libros Noui Teſtamenti, qui ſunt
- Euangelium ſecundum Matthęum.
- Euangelium ſecundum Marcum.
- Euangelium ſecundum Lucam.
- Euangelium ſecundum Iohannem.
- Acta Apoſtolorum.
- Pauli Epiſtola ad Romanos.
- Ad Corinthios I. II.
- Ad Galatas.
- Ad Epheſios.
- Ad Philippenſes.
- Ad Coloſſenſes.
- Ad Theſſalonicenſes I. II.
- Ad Timotheum I. II.
- Ad Titum.
- Ad Philémonem.
- Ad Hebræos.
- Iacobi Epiſtola.
- Petri Epiſtolæ I. II.
- Ioannis Epiſtolæ I. II. III.
- Iudæ Epiſtola.
- Apocalypſis.

SACRI APPARATVS PARTIVM SERIES COMPACTORIBVS OBSERVANDA.

Primus tomus De verborũ copia cõtinet

GRAMMATICAM Hebraicam cum Hebraico Dictionario.
Grammaticam Chaldaicam cum Syrochaldaico Dictionario.
Grammaticam Syricam, cum Syro Dictionario, ſiue Syrorum peculio.
Grammaticam Græcam cum Dictionario Græco.

Secundus tomus De linguarum exercitatione continet

Biblia Hebraica Veteris Teſtamenti, cum interpretatione Latina ad verbum interlineali, & verborum radicibus in margine.
Nouum Teſtamentum Græcum, cum interpretatione Latina interlineali.
Hebraicorum idiotiſmorum librum.

Tertius tomus De copia rerum continet libros

Ioſeph, ſiue De arcani ſermonis interpretatione.
Ieremias, ſiue de actione.
Tubal Cain, ſiue de menſuris ſacris, cum tabula ænea ſicli in fine.
Phalegh, ſiue de gentium ſedibus primis, cum tabula orbis in fine.
Canaan, ſiue de duodecim gentibus, cum tabula terræ Canaan in fine.
Caleb, ſiue de terræ promiſſæ partitione, cum tabula terræ Iſrael in fine.
Noah, ſiue de ſacris fabricis, cum tabulis decem, hoc ordine:

Tab. I Arca Noe.
II Sacri tabernaculi ichnographia.
III Sacri tabernaculi orthographia ex interiori proſpectu.
IIII Sacri tabernaculi orthographia ex proſpectu exteriori.
V Tabernaculi abſoluti &c. exemplum.
VI Candelabri, altarium, & arcæ fœderis exemplum.
VII Caſtrametationis ordo.
VIII Templi Ieroſolymitani antiqui, cũ atriis &c. ichnographia.
IX Sacræ ædis ichnographia, & ſciographiæ pars.
X Templi cum porticu, cellis &c. orthographia.

Aaron, ſiue de ſanctorũ veſtimentorum &c. cum tabula ſacerdotis depicti in fine.
Neemias, ſiue de antiquæ Ieruſalem ſitu, cum tabula in fine.
Daniel, ſiue de ſæculis codex integer.
Index Biblicus.
Hebræorum, Chaldæorum, Græcorum & Latinorũ nominũ propriorum.
Variarum lectionum Chaldaicarum.
Variarum lectionum Hebraicarum, ſiue מסורת.
Variarum lectionum Græcarum.
Variarum lectionum Latinarum.
Tabula titulorum totius Noui Teſtamenti.

DE TRIBVS MAIORIBVS D. HIERONYMI PROLOGIS AD PROPRIA LOCA REFERENDIS.

QVONIAM *sacrorum librorum initia, iuxta receptam & obseruatam Typographicæ legis honestatem, non patiebãtur aliquid in iisdem foliis præponi sine magno vacantis paginæ nec satis decenti interuallo; necesse fuit tres longiores D. Hieronymi prologos, suo vnumquemque folio imprimi. quorum longissimus, ante titularem paginam quinque librorum Legis immediatè ponendus est: secundus ante titularem paginam libri Iosue immediatè etiam: tertius eodem modo ante prologum eiusdem sancti Doctoris in Matthæi Euangelium. Titularem paginam appellamus, in qua portæ cuiusdam imago est, cum librorum contentorum inscriptione.*

EPISTOLA

EPISTOLA B. HIERONYMI
AD PAVLINVM PRESBYTERVM, DE OMNIBVS DIVINÆ HISTORIÆ LIBRIS.

FRATER Ambroſius tua mihi munuſcula perferẽs, detulit ſimul & ſuauiſsimas literas, quæ à principio amicitiarũ, fidem probatæ iam fidei & veteris amicitiæ noua præferebant. Vera enim illa neceſsitudo eſt, & Chriſti glutino copulata, quã non vtilitas rei familiaris, non præſentia tantùm corporum, non ſubdola & palpans adulatio; ſed Dei timor, & diuinarum ſcripturarum ſtudia conciliant. CAP. 1. Legimus in veteribus hiſtoriis quoſdã luſtraſſe prouincias, nouos adiiſſe populos, maria tranſiſſe: vt eos, quos ex libris nouerant, coram quoque viderent. Sic Pythagoras Memphiticos vates, ſic Plato Aegyptum & Architam Tarentinum, eámque oram Italiæ, quæ quondam magna Græcia dicebatur, laborioſiſsimè peragrauit: vt qui Athenis magiſter erat & potens, cuiúſque doctrinã Academiæ Gymnaſia perſonabant, fieret peregrinus atque diſcipulus: malens aliena verecundè diſcere, quàm ſua impudenter ingerere. Denique cùm literas quaſi toto orbe fugientes perſequitur, captus à piratis & venundatus, etiã tyranno crudeliſsimo paruit, ductus captiuus, vinctus & ſeruus: tamen quia philoſophus, maior emente ſe fuit. Ad Titum Liuium lacteo eloquentiæ fonte manantẽ, de vltimis Hiſpaniæ Galliarúmque finibus quoſdam veniſſe nobiles legimus: & quos ad contemplationem ſui Roma non traxerat, vnius hominis fama perduxit. Habuit illa ætas inauditum omnibus ſeculis, celebrandúmque miraculum, vt vrbẽ tantam ingreſsi, aliud extra vrbem quærerent. Apollonius, ſiue ille magus (vt vulgus loquitur) ſiue philoſophus, vt Pythagorici tradunt, intrauit Perſas, pertranſiuit Caucaſum, Albanos, Scythas, Maſſagetas, opulentiſsima Indiæ regna penetrauit: & ad extremum, latiſsimo Phi-

ſon

ſon amne tranſmiſſo, peruenit ad Brachmanas, vt Hiarcham in throno ſedentem aureo, & de Tantali fonte potantem, inter paucos diſcipulos de natura, de moribus ac de cúrſu dierum & ſyderum audiret docentem. Inde per Elamitas, Babylonios, Chaldæos, Medos, Aſſyrios, Parthos, Syros, Phœnices, Arabes, Palæſthinos: reuerſus Alexandriã, perrexit ad Aethiopiã, vt Gymnoſophiſtas, & famoſiſsimã Solis mẽſam videret in ſabulo. Inuenit ille vir vbiq; quod diſceret, & ſemper proficiẽs, ſemper ſe melior fieret. Scripſit ſuper hoc pleniſsimè octo voluminibus Philoſtratus.

II. Quid loquar de ſeculi hominibus? cùm Apoſtolus Paulus, vas
Act. 9. c. 2. cor. 13. a. electionis, & magiſter Gentiũ, qui de cõſcientia tanti in ſe hoſpitis loquebatur, dicens: An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus? poſt Damaſcũ Arabiámq; luſtratam aſcendit Hieroſolymã, vt videret Petrum, & manſit apud eũ diebus quin-
Gala. 1. d. decim. Hoc enim myſterio hebdoadis & ogdoadis futurus Gen-
Gala. 2. d. tium prædicator inſtruẽdus erat. Rurſúmq; poſt annos quatuordecim, aſſumpto Barnaba & Tito, expoſuit cũ Apoſtolis Euangelium, ne fortè in vacuũ curreret, aut cucurriſſet. Habet neſcio quid latentis energiæ viuæ vocis actus, & in aures diſcipuli de auctoris ore transfuſa, fortiùs ſonat. Vnde & Aeſchines, cùm Rhodi exularet, & legeretur illa Demoſthenis oratio, quã aduerſus eum habuerat, mirantibus cunctis atque laudantibus, ſuſpirans ait: Quid ſi ipſam audiſſetis beſtiam ſua verba reſonantem?

III. Nec hoc dico, quòd ſit aliquid in me tale, quod vel poſsis à me audire, vel velis diſcere: ſed quo ardor tuus & diſcendi ſtudium etiã abſq; nobis per ſe probari debeat. Ingenium docile & ſine doctore laudabile eſt. Non quid inuenias, ſed quid quæras cõſideramus. Mollis cera, & ad formandũ facilis, etiam ſi artificis & plaſtæ ceſſent manus, tamẽ virtutis totũ eſt quicquid eſſe poteſt. Paulus
Act. 22. a. Apoſtolus ad pedes Gamalielis legẽ Moyſi & Prophetas didiciſ-
2. cor. 13. b. ſe ſe gloriatur: vt armatus ſpiritualibus telis, poſtea doceret confidenter. Arma enim noſtræ militiæ non carnalia ſunt, ſed potentia Deo, ad deſtructionẽ munitionũ, & cogitationes deſtruentes, & omnẽ altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei, & captiuantes

ptiuantes omnẽ intellectum ad obediendum Chriſto, & parati ſubiugare omnẽ inobedientiam. Timotheum ſcribit ab infantia ſacris literis eruditũ, & hortatur ad ſtudium lectionis, ne negligat gratiam quæ data ſit ei per impoſitionẽ manus preſbyterii. Tito præcipit, vt inter cæteras virtutes epiſcopi, quas breui ſermone depinxit, ſcientiam quoq; non negligat ſcripturarũ. Obtinẽtem, inquit, eum, qui ſecundũ doctrinam eſt, fidelem ſermonẽ: vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, & contradicentes reuincere. 2.Tim.3.d. 1.Tim.4.d. Tit.1.b.

Sancta quippe ruſticitas ſolùm ſibi prodeſt, & quantùm ædificat ex vitæ merito Eccleſiam Chriſti, tantũ nocet ſi deſtruentibus non reſiſtat. Malachias Propheta, imò per Malachiam Dominus interrogauit ſacerdotes legẽ: in tantum ſacerdotis officiũ eſt, interrogatũ reſpõdere de lege. Et in Deuteronomio legimus: Interroga patrem tuũ, & annunciabit tibi: ſeniores tuos, & dicent tibi. In Pſalmo quoque cxviii. Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ in loco peregrinationis meæ. Et in deſcriptione iuſti viri, cùm eũ arbori vitæ Dauid, quæ eſt in paradiſo, compararet: inter cæteras virtutes hoc etiam intulit: In lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Daniel in fine ſacratiſsimæ viſionis ait, iuſtos fulgere quaſi ſtellas: & intelligẽtes, id eſt, doctos, quaſi firmamentum. Vides quantum inter ſe diſtant iuſta ruſticitas, & docta iuſtitia. alii ſtellis, alii cælo comparantur. quanquam iuxta Hebraicam veritatẽ vtrunq; de eruditis poſsit intelligi. Ita enim apud eos legimus: Qui autem docti fuerint, fulgebũt quaſi ſplendor firmamenti: & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Cur dicitur Paulus Apoſtolus vas electionis? nempe quia vas legis, & Scripturarũ ſanctarum erat armarium. Phariſæi ſtupent in doctrina Domini: & mirantur in Petro & Iohanne quomodo legem ſciant, cùm literas non didicerint. Quicquid enim aliis exercitatio, & quotidiana in Lege meditatio tribuere ſolet, illis hoc Spiritus ſanctus ſuggerebat: & erant, iuxta quod ſcriptum eſt, docibiles Deo. Duodecim annos Saluator impleuerat, & in templo ſenes de quæſtionibus Legis interrogãs, magis docet dũ prudenter interrogat. Niſi fortè ruſticũ Petrum, IIII. Dan.12.b. Act.4.c. Iſa.54.d. Iohan.6.e. Luc.2.f. 2.cor.11.b.

ruſticum Iohannem dicimus: quorũ vterque dicere poterat, Etſi imperitus ſermone, non tamen ſcientia. Iohannes ruſticus, piſca-
Iohan.1.a. tor, indoctus: & vnde illa vox, obſecro, In principio erat Verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum? λόγος Græcè multa ſignificat: nam & verbum eſt, & ratio, & ſupputatio, & cauſa vniuſcuiuſque rei, per quam ſunt ſingula quæ ſubſiſtunt: quæ vniuerſa rectè intelligimus in Chriſto.

v. Hoc doctus Plato neſciuit, hoc Demoſthenes eloquẽs ignora-
Abd.1.c. Iſai.29.c. uit. Perdam (inquit) ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Vera ſapientia perdet falſam ſapientiam. &
1.cor.1.c. 2.cor.1.b. quanquã ſtultitia prædicationis in cruce ſit: tamẽ Paulus ſapientiam loquitur inter perfectos: ſapientiam autem non ſeculi huius, quæ deſtruitur, nec principum huius ſeculi, ſed loquitur Dei ſapientiam in myſterio abſconditam, quã prædeſtinauit Deus ante ſecula: Dei ſapientia Chriſtus eſt. Chriſtus enim, Dei virtus & Dei ſapientia. hæc ſapientia in myſterio abſcondita eſt: de qua & noni Pſalmi titulus prænotatur, Pro occultis filii: in quo ſunt om-
coloſ.2.a. nes theſauri ſapiẽtiæ & ſcientiæ Dei abſcõditi. Et qui in myſterio abſconditus erat, prædeſtinatus eſt ante ſecula: prædeſtinatus autem & præfiguratus in Lege & Prophetis. Vnde & Prophetæ appellabantur Videntes: quia videbant eum quem cæteri non vide-
Iohan.8.g. bant. Abraham vidit diem eius, & lætatus eſt. Aperiebantur cæli
Ezech.1.a. Pſal.118. Ezechieli, qui populo peccatori clauſi erãt. Reuela, inquit Dauid,
Rom.7.c. 2.cor.3.d. oculos meos, & conſiderabo miracula de lege tua. Lex enim ſpiritalis eſt, & reuelatione opus eſt, vt intelligatur, ac reuelata facie
Apoc.5.a. Dei gloriam contemplemur. Liber in Apocalypſi ſeptem ſigillis ſignatus oſtenditur: quem ſi dederis homini ſcienti literas vt le-
Iſa.29.d. Apoc.5.b. gat, reſpõdebit tibi: Nõ poſſum, ſignatus eſt enim. Quanti hodie putant ſe noſſe literas, tenent ſignatum Librum, nec aperire poſſunt, niſi ille reſerauerit, qui habet clauem Dauid: qui aperit, &
Act.8.c. nemo claudit: claudit, & nemo aperit. In Actibus Apoſtolorũ ſanctus Eunuchus, imò ſanctus vir (ſic enim eũ Scriptura cognominat) cùm legeret Iſaiã Prophetã, interrogatus à Philippo: Putáſne intelligis quæ legis? reſpõdit: Quomodo poſsũ, niſi aliquis me docue-

docuerit? Ego (vt de me loquar interim) nec ſanctior ſum hoc Eunucho, nec ſtudioſior, qui de Aethiopia, id eſt, de extremis finibus mundi venit ad templum: reliquit aulam regiam: & tantus amator legis diuinæque ſcientiæ fuit, vt etiam in vehiculo literas legeret ſacras. Et tamẽ cùm librũ teneret, & verba Domini cogitatione cõciperet, lingua volueret, labiis perſonaret, ignorabat eum, quem in libro neſciens venerabatur. Venit Philippus, oſtendit ei Ieſum, qui clauſus latebat in litera. O mira doctoris virtus! Eadẽ hora credidit Eunuchus: baptizatur, fidelis & ſanctus eſt, ac magiſter de diſcipulo, plus in deſerto fonte Eccleſiæ, quàm in aurato ſynagogæ templo reperit.

Hæc à me perſtricta ſunt breuiter (neque enim epiſtolaris an- VI.
guſtia euagari longiùs patiebatur) vt intelligeres te in Scripturis ſacris ſine præuio & monſtrante ſemitam non poſſe ingredi.

Taceo de Grammaticis, Rhetoribus, Philoſophis, Geometris, Dialecticis, Muſicis, Aſtronomis, Aſtrologis, Medicis, quorum ſciẽtia mortalibus ſatis vel vtiliſsima eſt: & in tres partes ſcinditur: in doctrinã, rationẽ, & vſum. Ad minores artes veniam, & quæ nõ tam lingua quàm manu adminiſtrãtur. Agricolæ, cæmentarii, fabri metallorũ, lignorúmq; cæſores: lanarii quoque & fullones, & cæteri qui variam ſupellectilẽ, & vilia opuſcula fabricant, abſque doctore eſſe non poſſunt quod cupiunt. Quod medicorum eſt, promittunt medici: tractant fabrilia fabri. Sola Scripturarum ars eſt, quam ſibi paſsim omnes vendicãt. Scribimus indocti doctíq; poëmata paſsim. Hanc garrula anus, hanc delirus ſenex, hanc ſophiſta verboſus, hanc vniuerſi præſumunt, lacerant, docent antequã diſcant. Alii obducto ſupercilio, grandia verba trutinãtes inter mulierculas de ſacris literis philoſophantur. Alii diſcunt (proh pudor) à fœminis, quod viros doceant: & ne parum hoc ſit, quadã facilitate verborũ, imò audacia ediſſerunt aliis quod ipſi nõ intelligunt. Taceo de mei ſimilibus: qui ſi fortè ad Scripturas ſanctas poſt ſeculares literas venerint, & ſermone compoſito aures populi mulſerint, quicquid dixerint, hoc legem Dei putant: nec ſcire dignãtur quid Prophetæ, quid Apoſtoli ſenſerint, ſed ad ſenſũ ſuũ

incongrua aptant teſtimonia, quaſi grande ſit, & non vitioſiſsimũ dicendi genus, deprauare ſententias, & ad volũtatem ſuam ſacrã ſcripturam trahere repugnantẽ. Quaſi non legerimus Homero-centonas, & Virgiliocentonas: ac ſi non ſic etiã & Maronem ſine Chriſto poſsimus dicere Chriſtianũ, quia ſcripſerit: Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna, Iam noua progenies cælo demittitur alto. Et Patrem loquentem ad filium: Nate meæ vires, mea magna potẽtia ſolus. Et poſt verba Saluatoris in cruce: Talia perſtabat memorans, fixúsque manebat. Puerilia ſunt hæc, & circulatorum ludo ſimilia, docere quod ignores: imò, vt cum ſtomacho loquar, nec hoc quidem ſcire quod neſcias.

VII. *Geneſis.* Videlicet manifeſtiſsima eſt Geneſis, in qua de creatura mundi, de exordio generis humani, de diuiſione terræ, de confuſione linguarũ, de deſcenſione vſque ad Aegyptũ ſcribitur Hebræorũ.

Exodus. Patet Exodus cum decem plagis, cum decalogo, cum myſticis diuinisque præceptis.

Leuiticus. In promptu eſt Leuiticus Liber, in quo ſingula ſacrificia, imò ſingulæ penè ſyllabæ, & veſtes Aaron, & totus ordo Leuiticus ſpirant cæleſtia ſacramenta.

Numeri. Numeri verò, nónne totius Arithmeticæ, & Prophetiæ Balaam, & quadraginta duarum manſionum per eremum myſteria continent?

Deuteronomium. Deuteronomium verò ſecunda Lex, & Euangelicæ Legis præfiguratio, nónne ſic ea habet quæ priora ſunt, vt tamen noua ſint omnia de veteribus? Hucuſque Moyſes, hucuſque Pentateuchus: quibus quinque verbis loqui ſe velle, Apoſtolus in Eccleſia gloriatur. *1. Cor. 14. d. 15.*

Iob. Iob exemplar patientiæ, quæ non myſteria ſuo ſermone complectitur? Proſa incipit, verſu labitur, pedeſtri ſermone finitur: omnésque leges dialecticæ, propoſitione, aſſumptione, confirmatione, cõcluſione determinat. Singula in eo verba, plena ſunt ſenſibus. Et (vt de cæteris ſileam) reſurrectionem corporum ſic prophetat, vt nullus de ea manifeſtiùs & cautiùs ſcripſerit. Scio (inquit) quòd redemptor meus viuit, & in nouiſsimo die de terra ſurre- *Cap. 19. d. 25.*

ſurrecturus ſum:& rurſum circũdabor pelle mea,& in carne mea videbo Deum, quem viſurus ſum ego ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius. Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.

Veniam ad Ieſum Naue,qui typũ Domini nõ ſolùm in geſtis, verùm etiã in nomine præfert: tranſit Iordanem, hoſtium regna ſubuertit, diuidit terram victori populo, & per ſingulas vrbes, viculos, montes, flumina, torrentes atque confinia, Eccleſiæ cæleſtísque Ieruſalem ſpiritualia regna deſcribit. *Ioſue, ſiue Ieſus Naue.*

In Iudicum libro, quot principes populi, tot figuræ ſunt. *Lib. Iudicũ.*

Ruth Moabitis,Iſaiæ explet vaticiniũ,dicentis,Emitte agnum Domine dominatorẽ terræ,de Petra deſerti,ad montẽ filiæ Sion. *Ruth. Iſa.16.a.1.*

Samuel in Heli mortuo,& in occiſione Saul,veterẽ legem abolitam monſtrat. Porrò in Sadoc atque Dauid,noui ſacerdotii,nouíque imperii ſacramenta teſtatur. *Reg. 1. & 11.*

Malachim, id eſt, tertius & quartus Regum liber, à Salomone vſque ad Iechoniam, & à Ieroboam filio Nabath vſque ad Oſee, qui ductus eſt in Aſſyrios, regnũ Iuda & regnum deſcribit Iſrael. Si hiſtoriam reſpicias, verba ſimplicia ſunt: ſi in literis ſenſum latentem inſpexeris, Eccleſiæ paucitas, & hæreticorum contra Eccleſiam bella narrantur. *Reg. 111. & 1111.*

Duodecim prophetæ in vnius voluminis anguſtias coartati, multò aliud quàm ſonant in litera, præfigurant.

Oſee crebrò nominat Ephraim, Samariam, Ioſeph, Iezrahel, & vxorem fornicariam, & fornicationis filios, & adulteram cubiculo clauſam mariti,multo tempore ſedere viduam, & ſub veſte lugubri viri ad ſe reditum præſtolari. *Oſee.*

Ioël filius Phatuel deſcribit terram duodecim tribuum,eruca, brucho,locuſta, rubigine vaſtante conſumptam: & poſt euerſionem prioris populi, effuſum iri Spiritum ſanctũ ſuper ſeruos Dei & ancillas, id eſt,ſuper centũ viginti credentium nomina, & effuſum iri in cœnaculo Sion. Qui centum viginti ab vno vſque ad quindecim paulatim, & per incrementa ſurgentes, quindecim graduum numerũ efficiunt, qui in Pſalterio myſticè cõtinentur. *Ioel. Act.2.c.*

Amos paſtor,& ruſticus, & ruborum mora diſtringens,paucis *Amos.*

verbis

verbis explicari nõ poteſt. Quis enim dignè exprimat tria & quatuor ſcelera Damaſci, & Gazæ, & Tyri, & Idumææ, & filiorum Ammon,& Moab:& in ſeptimo et octauo gradu Iudæ & Iſrael? Hic loquitur ad vaccas pingues, quæ ſunt in Samariæ monte, & ruituram domum maiorem minorémque teſtatur. Ipſe cernit fi-ctorem locuſtæ, & ſtãtem Dominum ſuper murũ litum vel adamantinum, & vncinum pomorum attrahentem ſupplicia peccatoribus: et famem in terra, non famem panis, nec ſitim aquæ: ſed audiendi verbum Dei.

Abdias. Abdias, qui interpretatur ſeruus Domini, pertonat contra Edom, & ſanguineum terrenúmque fratrem, fratris quoque Iacob ſemper æmulum, haſta percutit ſpiritali.

Ionas. Ionas pulcherrima columba naufragio ſuo paſsionem Domini præfigurans, mundum ad pœnitentiã reuocat: & ſub nomine Niniue, Gentibus ſalutem nuntiat.

Michæas. Michæas de Moraſthi cohæres Chriſti, vaſtationem annuntiat filiæ latronis, et obſidionem ponit contra eam: quia maxillam percuſſerit iudicis Iſrael.

bo eis esum carnium mense integro.
22 * Nunquid ouium & boum multitudo cę-
detur, vt possit sufficere ad cibum? vel omnes
E pisces maris in vnum congregabuntur, vt eos
23 satient? * Cui respondit Dominus: Nun-
quid manus Domini inualida est? Iam nunc Esa. 56.
videbis, vtrùm meus sermo opere cõpleatur.
24 * Venit igitur Moyses, & narrauit populo
verba Domini: congregans septuaginta viros
de senioribus Israel; quos stare fecit circa ta-
25 bernaculum. * Descenditque Dominus
per nubem, & locutus est ad eum, auferens de
spiritu qui erat in Moyse, & dans septuaginta
viris. Cumque requieuisset in eis spiritus, pro-
F phetauerunt, nec vltrà cessauerunt.
26 * Remanserant autem in castris duo viri,
quorũ vnus vocabatur Heldad, & alter Me-
dad, super quos requieuit spiritus. nam & ip-
si descripti fuerant, & non exierant ad taber-
naculum. Cùm prophetarent in castris,
27 * Cucurrit puer, & nunciauit Moysi, dicẽs:
Heldad & Medad prophetant in castris.
28 * Statim Iosue filius Nun, minister Moysi,
& electus è pluribus, ait: Domine mi Moyses
G prohibe eos.
29 * At ille: Quid, inquit, æmularis pro me?
quis tribuat vt omnis populus prophetet, &
det eis Dominus spiritum suum.
30 * Reuersusque est Moyses & maiores natu
31 Israel in castra. * Ventus autem egre-
diens à Domino arreptas trans mare coturni-
ces detulit, & dimisit in castra itinere quan-
tum vno die confici potest, ex omni parte ca-
strorum per circuitum: volabantque in aëre
duobus cubitis altitudine super terram.

תרגום אונקלוס

19 לָא יוֹמָא חַד תֵּיכְלוּן וְלָא תְרֵין יוֹמִין וְלָא חַמְשָׁא יוֹמִין וְלָא עַשְׂרָא יוֹמִין וְלָא עֶשְׂרִין יוֹמִין׃ 20 עַד יְרַח יוֹמִין עַד דִּתְקוּצוּן בֵּיהּ וִיהֵי
לְכוֹן לְתַקָּלָא חֲלַף דְּקַצְתּוּן בְּמֵימְרָא דַיְיָי דִּשְׁכִנְתֵּיהּ שַׁרְיָא בֵּינֵכוֹן וּבְכֵיתוּן קֳדָמוֹהִי לְמֵימַר לְמָה דְנַן נְפַקְנָא מִמִּצְרַיִם׃ 21 וַאֲמַר מֹשֶׁה שִׁית
מְאָה אַלְפִין גַּבְרָא רַגְלָאָה עַמָּא דַּאֲנָא בֵּינֵיהוֹן וְאַתְּ אֲמַרְתְּ בִּשְׂרָא אֶתֵּן לְהוֹן וְיֵכְלוּן יְרַח יוֹמִין׃ 22 הַעָאן וְתוֹרִין יִתְנַכְסוּן לְהוֹן הַיְסַפְּקוּן
לְהוֹן אִם יַת כָּל נוּנֵי יַמָּא יִתְכַּנְּשׁוּן לְהוֹן הַיְסַפְּקוּן לְהוֹן׃ 23 וַאֲמַר יְיָי לְמֹשֶׁה הֲמֵימְרָא דַיְיָי יִתְעַכָּב כְּעַן תֶּחְזֵי הַיְעַרְעִינָךְ פִּתְגָמִי אִם
לָא׃ 24 וּנְפַק מֹשֶׁה וּמַלֵּיל עִם עַמָּא יַת פִּתְגָמַיָּא דַיְיָי וּכְנַשׁ שִׁבְעִין גַּבְרָא מִסָּבֵי עַמָּא וַאֲקִים יַתְהוֹן סְחוֹר סְחוֹר לְמַשְׁכְּנָא׃
25 וְאִתְגְּלֵי יְיָי בַּעֲנָנָא וּמַלֵּיל עִימֵיהּ וְרַבִּי מִן רוּחָא דַּעֲלוֹהִי וִיהַב עַל שִׁבְעִין גַּבְרָא סָבַיָּא וַהֲוָה כַּד שְׁרָת עֲלֵיהוֹן רוּחַ נְבוּאָה וּמִתְנַבָּן וְלָא פָּסְקִין׃
26 וְאִשְׁתְּאַרוּ תְּרֵין גֻּבְרִין בְּמַשְׁרִיתָא שׁוּם חַד אֶלְדָּד וְשׁוּם תִּנְיָנָא מֵידָד וּשְׁרָת עֲלֵיהוֹן רוּחַ נְבוּאָה וְאִנּוּן בִּכְתִיבַיָּא וְלָא נְפַקוּ לְמַשְׁכְּנָא וּמִתְנַבָּן
בְּמַשְׁרִיתָא׃ 27 וּרְהַט עֻלֵּימָא וְחַוִּי לְמֹשֶׁה וַאֲמַר אֶלְדָּד וּמֵידָד מִתְנַבָּן בְּמַשְׁרִיתָא׃ 28 וַאֲתֵיב
יְהוֹשֻׁעַ בַּר נוּן מְשֻׁמְשָׁנֵיהּ דְּמֹשֶׁה מֵעֻלֵּמוּתֵיהּ וַאֲמַר רִבּוֹנִי מֹשֶׁה אֱסָרְנוּן׃ 29 וַאֲמַר לֵיהּ מֹשֶׁה הֲקִנְאָתִי אַתְּ מְקַנֵּי רְעֵינָא פּוֹן
דִּיהוֹן כָּל עַמָּא דַיְיָי נְבִיאִין אֲרֵי יִתֵּן יְיָי יַת רוּחַ נְבִיאוּתֵיהּ עֲלֵיהוֹן׃ 30 וְאִתְכְּנֵשׁ מֹשֶׁה לְמַשְׁרִיתָא הוּא וְסָבֵי יִשְׂרָאֵל׃ 31 וְרֻחָא
נְטַל מִן קֳדָם יְיָי וְאַפְרַח שְׂלָיו מִן יַמָּא וּרְמָא עַל מַשְׁרִיתָא כְּמַהֲלַךְ יוֹמָא לְכָא וּכְמַהֲלַךְ יוֹמָא לְכָא סְחוֹר סְחוֹר לְמַשְׁרִיתָא וּכְרוּם תַּרְתֵּין אַמִּין עַל
אַפֵּי אַרְעָא׃

19 * Non diem vnum comedetis, neque duos, neque
quinque dies, neque decem dies, neque viginti dies,
20 vsque ad mensem dierum comedetis:
* Vsquequo exeat per nares vestras, & erit
vobis ad choleram: quia inobedientes fuistis Domino, qui est in vobis, & fleuistis coram eo, dicentes:
Quare nobis egredi de terra Ægypti?
21 * Et dixit Moyses: Sexcenta milia peditum populus, in quibus sum in ipsis: & tu dixisti, Carnes
dabo eis, & comedent mensem dierum:
22 * Nunquid oues & boues occidentur, & sufficiet eis: aut omne obsonium maris congregabitur ipsis, & sufficiet eis?
23 * Et dixit Dominus ad Moysen: Nunquid manus Domini non sufficiet? iam nosces, si comprehendet te verbum meum, aut non.
24 * Et exijt Moyses, & locutus est ad populum
verba Domini. & congregauit septuaginta viros
de senioribus populi: & statuit eos in circuitu tabernaculi.
25 * Et descendit Dominus in nube, & locutus est
ad eum: & abstulit de spiritu qui super eum, &
posuit super septuaginta viros seniores. Vt autem
quieuit spiritus super eos, & prophetauerunt, &
non amplius adiecerunt.
26 * Et relicti fuerunt duo viri in castris, nomen
vni Heldad, & nomen secundo Medad: & requieuit super eos spiritus; & hi fuerunt ex descriptis,
& non venerunt ad tabernaculum: & prophetauerunt in castris.
27 * Et accurrens iuuenis narrauit Moysi, & dixit: Heldad & Medad prophetant in castris.
28 * Et respondens Jesus filius Naue qui astabat
Moysi, electus eius, dixit: Domine mi Moyses, prohibe illos.
29 * Et dixit ei Moyses: Nunquid æmularis tu mihi?
& quis det omnem populum Domini prophetas,
quando dederit Dominus spiritum suum in eos.
30 * Et abijt Moyses in castra, ipse & seniores
Israel.
31 * Et spiritus exijt à Domino, & transire fecit
coturnicem à mari: & immisit in castra, viam diei
hinc, & viam diei hinc, in circuitu castrorum quasi
bicubitumà terra.

19 * οὐχ ἡμέραν μίαν φάγεσθε, οὐδὲ δύο, οὐδὲ πέντε ἡμέρας,
οὐδὲ δέκα ἡμέρας, οὐδὲ εἴκοσι ἡμέρας, ἕως μηνὸς ἡμερῶν φά-
20 γεσθε, * ἕως ἂν ἐξέλθῃ διὰ τῶν μυκτήρων ὑμῶν. καὶ
ἔσται ὑμῖν εἰς χολέραν, ὅτι ἠπειθήσατε κυρίῳ, ὃς ἐστιν ἐν ὑμῖν.
καὶ ἐκλαύσατε ἐναντίον αὐτοῦ, λέγοντες, ἱνατί ἡμῖν ἐξελθεῖν
ἐκ γῆς αἰγύπτου;
21 * καὶ εἶπε μωυσῆς, ἑξακόσιαι χιλιάδες πεζῶν ὁ λαὸς, ἐν
οἷς εἰμὶ ἐν αὐτοῖς. καὶ σὺ εἶπας, κρέα δώσω αὐτοῖς, καὶ φάγον-
ται μῆνα ἡμερῶν.
22 * μὴ πρόβατα καὶ βόες σφαγήσονται, καὶ ἐξαρκέσει αὐτοῖς, ἢ
πᾶν τὸ ὄψον τῆς θαλάσσης συναχθήσεται αὐτοῖς, καὶ ἐξ-
αρκέσει αὐτοῖς;
23 * καὶ εἶπε κύριος πρὸς μωυσῆν, μὴ ἡ χεὶρ κυρίου ὀκνήσει
ἐξαρκέσει; ἤδη γνώσῃ, εἰ συναντήσεταί σε ὁ λόγος μου, ἢ οὔ.
24 * καὶ ἐξῆλθε μωυσῆς, καὶ ἐλάλησε πρὸς τὸν λαὸν τὰ ῥήμα-
τα κυρίου. καὶ συνήγαγε ἑβδομήκοντα ἄνδρας ἀπὸ τῶν
πρεσβυτέρων τοῦ λαοῦ. καὶ ἔστησεν αὐτοὺς κύκλῳ τῆς σκηνῆς.
25 * καὶ κατέβη κύριος ἐν νεφέλῃ, καὶ ἐλάλησε πρὸς αὐ-
τὸν, καὶ περιέλαβε ἀπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ ἐπ' αὐτῷ, καὶ ἐπέ-
θηκεν ἐπὶ τοὺς ἑβδομήκοντα ἄνδρας τοὺς πρεσβυτέρους. ὡς δὲ
ἐπανεπαύσατο πνεῦμα ἐπ' αὐτοὺς, καὶ ἐπροφήτευσαν, καὶ
οὐκ ἔπι προσέθεντο.
26 * καὶ κατελείφθησαν δύο ἄνδρες ἐν τῇ παρεμβολῇ, ὄνο-
μα τῷ ἑνὶ ἐλδαὰδ, καὶ ὄνομα τῷ δευτέρῳ μωδαὰδ· καὶ ἐπ ἀνε-
παύσατο ἐπ' αὐτοὺς τὸ πνεῦμα, καὶ οὗτοι ἦσαν τῶν καταγε-
γραμμένων, καὶ οὐκ ἦλθοσαν πρὸς τὴν σκηνήν. καὶ ἐπρο-
φήτευσαν ἐν τῇ παρεμβολῇ.
27 * καὶ προσδραμὼν ὁ νεανίσκος ἀπήγγειλε μωυσῇ. καὶ εἶ-
πεν, ἐλδαὰδ καὶ μωδαὰδ προφητεύουσιν ἐν τῇ παρεμβολῇ.
28 * καὶ ἀποκριθεὶς ἰησοῦς ὁ τοῦ ναυῆ ὁ παρεστηκὼς μωυσῇ ὁ
ἐκλεκτὸς αὐτοῦ, εἶπεν, κύριέ μου μωυσῆ κώλυσον αὐτούς.
29 * καὶ εἶπεν αὐτῷ μωυσῆς, μὴ ζηλοῖς σὺ ἐμοὶ, καὶ τίς δῴη
πάντα τὸν λαὸν κυρίου προφήτας, ὅταν δῷ κύριος τὸ πνεῦμα
30 αὐτοῦ εἰς αὐτούς. * καὶ ἀπῆλθε μωυσῆς εἰς τὴν παρεμ-
βολὴν, αὐτὸς καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἰσραήλ.
31 * καὶ πνεῦμα ἐξῆλθε παρὰ κυρίου, καὶ ἐξεπέρασεν ὀρτυ-
γομήτραν ἀπὸ τῆς θαλάσσης. καὶ ἐπέβαλεν ἐπὶ τῆς παρεμ-
βολῆς, ὁδὸν ἡμέρας ἐντεῦθεν, καὶ ὁδὸν ἡμέρας ἐντεῦθεν, κύ-
κλῳ τῆς παρεμβολῆς ὡσεὶ δίπηχυ ἀπὸ τῆς γῆς.

CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

19 Non vno die, nec duobus diebus, nec quinque diebus, nec decem diebus, nec viginti diebus, sed vsque ad mensem dierum:
20 Donec in fastidium eam habeatis, & sit vobis in scandalum: eo quòd in fastidium fuit vobis verbum Domini, cuius maiestas habitat inter vos: & ploraſtis coram eo, dicentes: Vt quid egressi sumus de Ægypto?
21 Et ait Moyses: Sexcenta milia virorum sunt populi hu-
ius inter quos ego habito: & tu dixisti, Dabo eis carnem, vt comedant mensę dierum.
22 Nunquid si oues & boues occidantur
eis, sufficient eis? aut si omnes pisces maris congregentur eis, nunquid sufficient eis?
23 Dixitque Dominus ad Moysen: Nun-
quid verbum Domini impeditur? nunc videbis vtrùm accidat tibi verbum meum, an non.
24 Egressusque est Moyses, & locutus est
cum populo verba Domini. Et congregauit septuaginta viros de senioribus populi: & statuit eos per circuitum tabernaculi.
25 Reuela-
tusque est Dominus in nube, & locutus est cum eo: & auxit de spiritu qui erat in eo, & dedit super septuaginta viros seniores. Factumque est cùm re-
quieuisset in eis spiritus prophetiæ, prophetauerunt, & nequaquam cessauerunt.
26 Remansérant autem duo viri in castris, nomen v-
nius Eldad, & nomen secundi Medad: & requieuit super eos spiritus prophetiæ; & ipsi erant descripti: & non exierant ad tabernaculum, & prophe-
tabant in castris.
27 Cucurrit autem puer, & narrauit Moysi, & ait: Eldad & Medad prophetant in castris.
28 Respondítque Iosue filius Nun, minister Moysi à pueritia sua, & ait: Domine mi Moyses, mitte eos in carcerem.
29 Dixítque ei Moyses: Nunquid æmularis tu æmulationem meam? vellem quòd omnis populus Domini prophetarent, & quòd daret Domi-
nus spiritum prophetiæ suæ super eos.
30 Collectusque est Moyses in castra, ipse & seniores Israel.
31 Ventus autem egressus est à facie Domini, & volare fecit coturnices de mari, & proiecit eas iuxta castra itinere vnius diei hinc, & itinere vnius
diei illinc per circuitum castrorum, & quasi altitudine duorum cubitorum super faciem terræ.

32 * וַיָּקָם הָעָם כָּל־הַיּוֹם הַהוּא וְכָל־הַלַּיְלָה וְכָל־
יוֹם הַמָּחֳרָת וַיַּאַסְפוּ אֶת־הַשְּׂלָו הַמַּמְעִיט אָסַף
עֲשָׂרָה חֳמָרִים וַיִּשְׁטְחוּ לָהֶם שָׁטוֹחַ סְבִיבוֹת
33 הַמַּחֲנֶה : * הַבָּשָׂר עוֹדֶנּוּ בֵּין שִׁנֵּיהֶם טֶרֶם
יִכָּרֵת וְאַף יְהוָה חָרָה בָּעָם וַיַּךְ יְהוָה בָּעָם מַכָּה
34 רַבָּה מְאֹד : * וַיִּקְרָא אֶת־שֵׁם־הַמָּקוֹם
הַהוּא קִבְרוֹת הַתַּאֲוָה כִּי־שָׁם קָבְרוּ אֶת־הָעָם
35 הַמִּתְאַוִּים : * מִקִּבְרוֹת הַתַּאֲוָה נָסְעוּ הָעָם
חֲצֵרוֹת וַיִּהְיוּ בַּחֲצֵרוֹת :

יב

1 * וַתְּדַבֵּר מִרְיָם וְאַהֲרֹן בְּמֹשֶׁה
עַל־אֹדוֹת הָאִשָּׁה הַכֻּשִׁית אֲשֶׁר לָקָח כִּי־אִשָּׁה
2 כֻּשִׁית לָקָח : * וַיֹּאמְרוּ הֲרַק אַךְ־בְּמֹשֶׁה דִּבֶּר
3 יְהוָה הֲלֹא גַם־בָּנוּ דִבֶּר וַיִּשְׁמַע יְהוָה : * וְהָאִישׁ
מֹשֶׁה עָנָו מְאֹד מִכֹּל הָאָדָם אֲשֶׁר עַל־פְּנֵי הָאֲדָמָה :
4 * וַיֹּאמֶר יְהוָה פִּתְאֹם אֶל־מֹשֶׁה וְאֶל־אַהֲרֹן
וְאֶל־מִרְיָם צְאוּ שְׁלָשְׁתְּכֶם אֶל־אֹהֶל מוֹעֵד וַיֵּצְאוּ
5 שְׁלָשְׁתָּם : * וַיֵּרֶד יְהוָה בְּעַמּוּד עָנָן וַיַּעֲמֹד פֶּתַח
הָאֹהֶל וַיִּקְרָא אַהֲרֹן וּמִרְיָם וַיֵּצְאוּ שְׁנֵיהֶם :
6 * וַיֹּאמֶר שִׁמְעוּ־נָא דְבָרָי אִם־יִהְיֶה נְבִיאֲכֶם יְהוָה
בַּמַּרְאָה אֵלָיו אֶתְוַדָּע בַּחֲלוֹם אֲדַבֶּר־בּוֹ :
7 * לֹא־כֵן עַבְדִּי מֹשֶׁה בְּכָל־בֵּיתִי נֶאֱמָן הוּא :
8 * פֶּה אֶל־פֶּה אֲדַבֶּר־בּוֹ וּמַרְאֶה וְלֹא בְחִידֹת וּתְמֻנַת
יְהוָה יַבִּיט וּמַדּוּעַ לֹא יְרֵאתֶם לְדַבֵּר בְּעַבְדִּי בְמֹשֶׁה :
9 * וַיִּחַר־אַף יְהוָה בָּם וַיֵּלֶךְ : * וְהֶעָנָן סָר מֵעַל
10 הָאֹהֶל וְהִנֵּה מִרְיָם מְצֹרַעַת כַּשָּׁלֶג וַיִּפֶן אַהֲרֹן אֶל־מִרְיָם
11 וְהִנֵּה מְצֹרָעַת : * וַיֹּאמֶר אַהֲרֹן אֶל־מֹשֶׁה בִּי
אֲדֹנִי אַל־נָא תָּשֶׁת עָלֵינוּ חַטָּאת אֲשֶׁר נוֹאַלְנוּ וַאֲשֶׁר
חָטָאנוּ :

NVMERI. Translat.B.Hierony. *Murmnratio.*

32 * Surgens ergo populus toto die illo & nocte ac die altero, congregauit coturnicũ multitudinem qui parum decem coros, & siccauerunt eas per gyrum castrorum.

33 * Adhuc carnes erant in dentibus eorum, Psal.77. nec defecerat huiusce modi cibus, & ecce furor Domini concitatus in populum, percussit eum plaga magna nimis.

34 * Vocatusque est ille locus, Sepulchra concupiscentiæ. ibi enim sepelierunt populum qui desiderauerat carnes.

35 * Egressi autem de sepulchris concupiscentiæ, venerunt in Aseroth, & mansерunt ibi.

CAP. XII.

1 A LOcutaque est Maria & Aaron contra Moysen, propter vxorem eius Æthiopissam: Deut.24.

2 * Et dixerunt: Num per solum Moysen locutus est Dominus? nonne & nobis similiter est locutus? Quod cùm audisset Dominus, iratus est.

3 * Erat enim Moyses vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra.

4 * Statim locutus est Dominus ad eum & ad Aaron & Mariam: Egredimini vos tantùm tres ad tabernaculum fœderis.

5 * Cumque fuissent egressi, descendit Dominus in columna nubis, & stetit in introitu
B tabernaculi, vocans Aaron & Mariam. Qui
6 cùm issent, * Dixit ad eos: Audite sermones meos: Si quis fuerit inter vos propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum.

7 * At non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est.

8 * Ore enim ad os loquar ei. palam, & non per ænigmata & figuras Dominum videt. Quare ergo non timuistis detrahere seruo meo Moysi? Exo.33.

9 * Iratusque contra
10 eos, abiit. * Nubes quoque recessit quę erat
C super tabernaculum. Et ecce Maria apparuit candens lepra quasi nix. Cumque respexisset
11 eam Aaron, & vidisset perfusam lepra, * ait ad Moysen: Obsecro, Domine mi, ne imponas nobis hoc peccatum quod stultè cõmisimus.

תרגום אונקלוס

32 וְקָם עַמָּא כָּל יוֹמָא הַהוּא וְכָל לֵילְיָא וְכֹל יוֹמָא דְּבָתְרוֹהִי וּכְנָשׁוּ יַת שְׁלָיו דְּאַזְעַר כְּנַשׁ עֲשַׂר דְּגוֹרִין וּשְׁטָחוּ לְהוֹן מַשְׁטִיחִין סְחוֹר סְחוֹר
לְמַשְׁרְיָתָא : 33 בִּישְׂרָא עַד דְּהוּא בֵּין שִׁנֵּיהוֹן עַד לָא פְּסַק וְרִגְזָא דַיְיָ תְּקִיף בְּעַמָּא וּקְטַל יְיָ בְּעַמָּא קְטוֹל סַגִּי לַחְדָּא : 34 וּקְרָא
יַת שְׁמֵיהּ דְּאַתְרָא הַהוּא קִבְרֵי דְמִשְׁאֲלֵי אֲרֵי תַמָּן קָבְרוּ יַת עַמָּא דְשָׁאֲילוּ : 35 מִקִּבְרֵי דְמִשְׁאֲלֵי נְטָלוּ עַמָּא חֲצֵרוֹת וַהֲווֹ בַּחֲצֵרוֹת :

יב

1 וּמַלִּילַת מִרְיָם וְאַהֲרֹן בְּמֹשֶׁה עַל עִיסַק אִתְּתָא שַׁפִּירְתָּא דְּנָסִיב
אֲרֵי אִתְּתָא שַׁפִּירְתָּא דְנָסִיב רַחִיק : 2 וַאֲמַרוּ הֲלְחוֹד בְּרַם בְּמֹשֶׁה מַלִּיל יְיָ הֲלָא אַף עַמָּנָא מַלִּיל וּשְׁמִיעַ קֳדָם יְהוָה : 3 וְעַנְוְתָן
מֹשֶׁה עַנְוְתָן לַחְדָּא מִכֹּל אֱנָשָׁא דְעַל אַפֵּי אַרְעָא : 4 וַאֲמַר יְיָ בְּהֵכֵיף לְמֹשֶׁה וּלְאַהֲרֹן וּלְמִרְיָם פּוּקוּ תְּלָתֵיכוֹן לְמַשְׁכַּן זִמְנָא וּנְפַקוּ תְּלָתֵיהוֹן :
5 וְאִתְגְּלִי יְיָ בְּעַמּוּדָא דַעֲנָנָא וְקָם בִּתְרַע מַשְׁכְּנָא וּקְרָא אַהֲרֹן וּמִרְיָם וּנְפַקוּ תַּרְוֵיהוֹן : 6 וַאֲמַר שְׁמַעוּ כְּעַן פִּתְגָמַי אִם יְהוֹן לְכוֹן נְבִיאִין
אֲנָא יְיָ בְּחֶזְוָיִן אֲנָא מִתְגְּלֵי לְהוֹן בְּחֶלְמִין אֲנָא מְמַלֵּיל עִמְּהוֹן : 7 לָא כֵן עַבְדִּי מֹשֶׁה בְּכָל עַמִּי מְהֵימָן הוּא : 8 מְמַלַּל עִם מַמְלַל
מַלִּילְנָא עִימֵיהּ בְּחֵיזוּ וְלָא בְּחִדְוָן וּדְמוּת יְקָרָא דַיְיָ מִסְתַּכַּל וּמַדִּין לָא דְחֵילְתּוּן לְמַלָּלָא בְּעַבְדִּי בְמֹשֶׁה : 9 וּתְקִיף רְגָזָא דַיְיָ בְּהוֹן וְאִסְתַּלַק :
10 וַעֲנָנָא אִיסְתַּלַק מֵעַלָּוֵי מַשְׁכְּנָא וְהָא מִרְיָם חִוָּרָא כְּתַלְגָּא וְאִתְפְּנִי אַהֲרֹן לְמִרְיָם וְהָא סְגִירָא : 11 וַאֲמַר אַהֲרֹן לְמֹשֶׁה בְּבָעוּ רְבוֹנִי לָא
כְּעַן חַשִׁיו עֲלָנָא חוֹבָא דִּישְׁפַּשְׁנָא וְדִיסְרַחְנָא :

32 * Et surgens populus totum diem illum, et totam noctem, & totum diem crastinum, & congregauerunt coturnicem: qui parum congregauit decem coros. & refrigerauerunt sibi ipsis refrigeria in circuitu castrorum.

33 * Carnes adhuc erant in dentibus eorum, antequàm deficerent. & Dominus iratus est ira in populum, & percussit Dominus populum plaga magna valdè.

34 * Et vocatũ est nomen loci illius, Sepulchra concupiscentiæ: quia ibi sepelierunt populum desideratorem.

35 * A sepulchris concupiscentiæ profectus est populus in Aseroth: & fuit populus in Aseroth.

CAP. XII.

1 ET locuta est Maria & Aaron contra Moysen, propter vxorem Æthiopissam, quam accepit Moyses; quia vxorem Æthiopissam accepit.

2 * Et dixerunt: Num Moysi soli locutus est Deus? nonne & nobis locutus est? & audiuit Dominus.

3 * Et homo Moyses mitis valdè præter omnes homines existentes super terram.

4 * Et dixit Dominus statim ad Moysen & Aaron & Mariam: Exite vos tres in tabernaculum testimonij: & egressi sunt tres. & in tabernaculum testimonij

5 * descendit Dominus in columna nubis, & stetit in ostio tabernaculi testimonij. & vocati sunt Aaron & Mariam, exierunt ambo.

6 * Et dixit Dominus ad eos: Audite verba mea: Si fuerit propheta vobis Domino, in visione illi cognoscar, & in somno loquar ei.

7 * Non sic seruus meus Moyses, in omni domo mea fidelis est.

8 * Os ad os loquar ei in specie, & non per ænigmata, & gloriam Domini vidit: et cur non timuistis murmurare contra seruum meum Moysen?

9 * Et ira furoris Domini super eos, & abierunt.

10 * Et nubes recessit à tabernaculo. Et ecce Maria leprosa velut nix. Et respexit Aaron super Mariam, & ecce leprosa.

11 * Et dixit Aaron ad Moysen: Rogo, Domine mi, ne imponas nobis peccatum, quia ignorauimus quòd peccauimus.

32 * καὶ ἀνέστη ὁ λαὸς ὅλην τὴν ἡμέραν ἐκείνην, καὶ ὅλην τὴν νύκτα, καὶ ὅλην τὴν ἡμέραν τὴν ἐπαύριον, καὶ συνέλεξαν τὴν ὀρτυγομήτραν, ὁ τὸ ὀλίγον συνήγαγε δέκα κόρους. καὶ ἔψυξαν ἑαυτοῖς ψυγμοὺς κύκλῳ τῆς παρεμβολῆς.

33 * Τὰ κρέα ἔτι ἦν ἐν τοῖς ὀδοῦσιν αὐτῶν πρὶν ἢ ἐκλιπεῖν. καὶ κύριος ἐθυμώθη ὀργῇ εἰς τὸν λαόν· καὶ ἐπάταξε κύριος τὸν λαὸν πληγὴν μεγάλην σφόδρα.

34 * καὶ ἐκλήθη τὸ ὄνομα τοῦ τόπου ἐκείνου, μνήματα τῆς ἐπιθυμίας· ὅτι ἐκεῖ ἔθαψαν τὸν λαὸν τὸν ἐπιθυμητήν.

35 * Ἀπὸ μνημάτων τῆς ἐπιθυμίας ἐξῆρεν ὁ λαὸς εἰς Ἀζηρώθ· καὶ ἐγένετο ὁ λαὸς ἐν Ἀσηρώθ.

ιϛ'.

1 * Καὶ ἐλάλησε Μαριὰμ καὶ Ἀαρὼν τῇ Μωυσῇ, ἕνεκεν τῆς γυναικὸς τῆς αἰθιοπίσσης, ἣν ἔλαβε Μωυσῆς, ὅτι γυναῖκα αἰθιοπίσσαν ἔλαβε.

2 * καὶ εἶπαν, μὴ Μωυσῇ μόνῳ ἐλάλησεν ὁ θεός; οὐχὶ καὶ ἡμῖν ἐλάλησε; καὶ ἤκουσε κύριος.

3 * καὶ ὁ ἄνθρωπος Μωυσῆς πραὺς σφόδρα ὑπὲρ πάντας τοὺς ἀνθρώπους τοὺς ὄντας ἐπὶ τῆς γῆς.

4 * καὶ εἶπε κύριος αἰφνιδίως πρὸς Μωυσῆν, καὶ Ἀαρὼν, καὶ Μαριάμ· ἐξέλθετε ὑμεῖς οἱ τρεῖς εἰς τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου. καὶ ἐξῆλθον οἱ τρεῖς, καὶ εἰς τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου

5 * κατέβη κύριος ἐν στύλῳ νεφέλης, καὶ ἔστη ἐπὶ τὸ θύρας τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου. καὶ ἐκλήθησαν Ἀαρὼν καὶ Μαριάμ, ἐξῆλθον ἀμφότεροι.

6 * καὶ εἶπε κύριος πρὸς αὐτοὺς, ἀκούσατε τῶν λόγων μου· ἐὰν γένηται προφήτης ὑμῖν κυρίῳ, ἐν ὁράματι αὐτῷ γνωσθήσομαι, καὶ ἐν ὕπνῳ λαλήσω αὐτῷ.

7 * οὐχ οὕτως ὁ θεράπων μου Μωυσῆς, ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ μου πιστός ἐστιν.

8 * στόμα κατὰ στόμα λαλήσω αὐτῷ ἐν εἴδει, καὶ οὐ δι' αἰνιγμάτων, καὶ τὴν δόξαν κυρίου ἴδεν, καὶ διατί οὐκ ἐφοβήθητε καὶ ἐλαλήσατε κατὰ τοῦ θεράποντός μου Μωυσῆ;

9 * καὶ ὀργὴ θυμοῦ κυρίου ἐπ' αὐτοῦ, καὶ ἀπῆλθον.

10 * καὶ ἡ νεφέλη ἀπέστη ἀπὸ τῆς σκηνῆς. καὶ ἰδοὺ Μαριὰμ λεπρωμένη ὡσεὶ χιών. καὶ ἐπέβλεψεν Ἀαρὼν ἐπὶ Μαριάμ, καὶ ἰδοὺ λεπρωμένη.

11 * καὶ εἶπεν Ἀαρὼν πρὸς Μωυσῆν, δέομαι κυρίε μου μὴ συνεπιθῇς ἡμῖν ἁμαρτίαν, διότι ἠγνοήσαμεν καθ' ὅτι ἡμάρτομεν.

CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

32 Surrexitque populus toto die illo & tota nocte ac toto die sequenti, & collegerunt coturnices: qui minus collegit, congregauit decem aceruos: & extenderunt eas per gyrum castrorum. 33 Adhuc erat caro in dentibus eorum, antequàm deficeret; & furor Domini iratus est contra populum, & occidit Dominus in populo occisione magna valdè. 34 Vocauitque nomen loci illius, Sepulchra desiderantium: quia ibi sepelierunt populum qui desiderauit. 35 De sepulchris desiderantium profectus est populus in Aseroth, & manserunt in Aseroth.

CAP. XII.

LOcutaque est Maria & Aaron contra Moysen, propter vxorem pulchram quam acceperat: quoniam vxorem pulchram quam accepit repulit. 2 Dixeruntque: Nunquid cum solo Moyse locutus est Dominus? nonne etiam nobiscum locutus est? Et auditum est coram Domino. 3 Vir autem Moyses erat mitis valdè præ omnibus hominibus qui erant super faciem terræ. 4 Dixitque Dominus repentè ad Moysen & Aaron & Mariam: Egredimini vos tres ad tabernaculum fœderis: & egressi sunt illi tres. 5 Et reuelatus est Dominus in columna nubis, & stetit in ostio tabernaculi: & vocauit Aaron & Mariam; & egressi sunt ambo. 6 Et ait: Audite nunc sermones meos: Si fuerint in vobis prophetæ, ego Dominus in visionibus apparebo eis, per somnia loquar eis. 7 Non est ita seruus meus Moyses; in omni populo meo fidelis est. 8 Verbo ad verbum loquor cum eo, per visionem, & non per ænigmata, & similitudinem gloriæ Domini contemplatur: & quare non timuistis loqui contra seruum meum Moysen? 9 Iratusque est furor Domini contra eos, & abiit. 10 Nubes autem eleuata est desuper tabernaculum. & ecce Maria erat alba quasi nix. Respexitque Aaron Mariam, & ecce erat leprosa. 11 Dixitque Aaron ad Moysem: Obsecro, Domine mi, ne imponas nunc nobis peccatum; quia insipienter & iniquè egimus.

12 * אַל־נָא תְּהִי כַּמֵּת אֲשֶׁר בְּצֵאתוֹ מֵרֶחֶם אִמּוֹ וְיֹאכַל
13 חֲצִי בְשָׂרוֹ : * וַיִּצְעַק מֹשֶׁה אֶל־יְהוָה לֵאמֹר אֵל נָא
14 רְפָא נָא לָהּ : * וַיֹּאמֶר יְהוָה אֶל־מֹשֶׁה
וְאָבִיהָ יָרֹק יָרַק בְּפָנֶיהָ הֲלֹא תִכָּלֵם שִׁבְעַת יָמִים
תִּסָּגֵר שִׁבְעַת יָמִים מִחוּץ לַמַּחֲנֶה וְאַחַר תֵּאָסֵף :
15 * וַתִּסָּגֵר מִרְיָם מִחוּץ לַמַּחֲנֶה שִׁבְעַת יָמִים וְהָעָם לֹא
נָסַע עַד־הֵאָסֵף מִרְיָם :

יג

1 * וְאַחַר נָסְעוּ הָעָם מֵחֲצֵרוֹת
וַיִּחֲנוּ בְּמִדְבַּר פָּארָן :
2 * וַיְדַבֵּר יְהוָה אֶל־מֹשֶׁה לֵאמֹר :
3 * שְׁלַח־לְךָ אֲנָשִׁים וְיָתֻרוּ אֶת־אֶרֶץ כְּנַעַן אֲשֶׁר־
אֲנִי נֹתֵן לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל אִישׁ אֶחָד אִישׁ אֶחָד לְמַטֵּה
4 אֲבֹתָיו תִּשְׁלָחוּ כֹּל נָשִׂיא בָהֶם : * וַיִּשְׁלַח אֹתָם
מֹשֶׁה מִמִּדְבַּר פָּארָן עַל־פִּי יְהוָה כֻּלָּם אֲנָשִׁים
5 רָאשֵׁי בְנֵי־יִשְׂרָאֵל הֵמָּה : * וְאֵלֶּה שְׁמוֹתָם
6 לְמַטֵּה רְאוּבֵן שַׁמּוּעַ בֶּן־זַכּוּר : * לְמַטֵּה שִׁמְעוֹן שָׁפָט
7 בֶּן־חוֹרִי : * לְמַטֵּה יְהוּדָה כָּלֵב בֶּן־יְפֻנֶּה : * לְמַטֵּה
8 יִשָּׂשכָר יִגְאָל בֶּן־יוֹסֵף : * לְמַטֵּה אֶפְרַיִם הוֹשֵׁעַ
9 בִּן־נוּן : * לְמַטֵּה בִנְיָמִן פַּלְטִי בֶן־רָפוּא : * לְמַטֵּה
10 11 זְבוּלֻן גַּדִּיאֵל בֶּן־סוֹדִי : * לְמַטֵּה יוֹסֵף לְמַטֵּה מְנַשֶּׁה
12 גַּדִּי בֶן־סוּסִי : * לְמַטֵּה דָן עַמִּיאֵל בֶּן־גְּמַלִּי : * לְמַטֵּה
13 14 אָשֵׁר סְתוּר בֶּן־מִיכָאֵל : * לְמַטֵּה נַפְתָּלִי נַחְבִּי בֶן־
15 וָפְסִי : * לְמַטֵּה גָּד גְּאוּאֵל בֶּן־מָכִי : * אֵלֶּה שְׁמוֹת
16 17 הָאֲנָשִׁים אֲשֶׁר־שָׁלַח מֹשֶׁה לָתוּר אֶת־הָאָרֶץ וַיִּקְרָא
18 מֹשֶׁה לְהוֹשֵׁעַ בִּן־נוּן יְהוֹשֻׁעַ : * וַיִּשְׁלַח אֹתָם מֹשֶׁה
לָתוּר אֶת־אֶרֶץ כְּנָעַן וַיֹּאמֶר אֲלֵהֶם עֲלוּ זֶה בַּנֶּגֶב
19 וַעֲלִיתֶם אֶת־הָהָר : * וּרְאִיתֶם אֶת־הָאָרֶץ מַה־הִוא
וְאֶת־הָעָם הַיֹּשֵׁב עָלֶיהָ הֶחָזָק הוּא הָרָפֶה הַמְעַט
הוּא אִם־רָב :

12 * Ne fiat hæc quaſi mortua, & vt abortiuũ
quod proiicitur devulua matris ſuæ.ecce iam
D medium carnis eius deuoratum eſt à lepra.
13 * Clamauitque Moyſes ad Dominum, di-
cens:Deus, obſecro, ſana eam.
14 * Cui reſpondit Dominus: Si pater eius
ſpuiſſet in faciem illius, nonne debuerat ſal-
tem ſeptem diebus rubore ſuffundi? Separe-
tur ſeptem diebus extra caſtra,& poſteà reuo-
15 cabitur. * Excluſa eſt itaque Maria extra ca-
ſtra ſeptem diebus: & populus non eſt motus
de loco illo,donec reuocata eſt Maria.

CAP. XIII.

1 A PRofectuſque eſt populus de Aſeroth, fixis
tentoriis in deſerto Pharan.
2 * Ibiq́, locutus eſt Dñs ad Moyſen,dicens:
3 * Mitte viros qui conſiderent terram Cha-
naan,quam daturus ſum filiis Iſrael,ſingulos
de ſingulis tribubus ex principibus.
4 * Fecit Moyſes quod Dominus imperarat,
de deſerto Pharan mittens principes viros,
5 * Quorum iſta ſunt nomina:De tribu Ru-
ben,Semmua filium Zechur.
6 * De tribu Symeon,Saphat filium Vri.
7 * De tribu Iuda,Caleb filium Iephone.
8 * De tribu Iſachar, Igal filium Ioſeph.
9 * De tribu Ephraim, Oſee filium Nun.
10 * De tribu Bẽiamin,Phalti filium Raphu.
11 * De tribu Zabulõ,Geddihel filium Sodi.
12 * De tribu Ioſeph ſceptri Manaſſe,Gaddi
filium Suſi.
13 * De tribu Dan,Amihel filium Gemalli.
14 * De tribu Aſer,Sthur filium Michael.
15 * De tribu Neptalim,Naabi filium Vapſi.
16 * De tribu Gad,Guhel filium Machi.
17 * Hæc ſunt nomina virorum quos miſit
B Moyſes ad conſiderandam terram. vocauitq́;
18 Oſee filium Nun,Ioſue. * Miſit ergo Moy-
ſes ad conſiderandam terram Chanaan, & di-
xit ad eos: Aſcẽdite per Meridianam plagam.
cumque veneritis ad montes,
19 * Conſiderate terram qualis ſit, & popu-
lum qui inhabitator eſt eius, vtrùm fortis ſit
an infirmus,pauci numero an plures:

תרגום אונקלוס

12 לָא כְּעַן תִּתְרַחַק דָּא מִבִּינְנָא אֲרֵי אַחֲתָנָא הִיא צַלִּי כְעַן עַל בִּשְׂרָא מִיתָא הֲדֵין דְּבָה וְיִתְסִי : 13 וְצַלִּי מֹשֶׁה קֳדָם יְיָ לְמֵימָר אֱלָהָא בְּבָעוּ
אַסֵי כְעַן יָתָהּ : 14 וַאֲמַר יְיָ לְמֹשֶׁה וְאִילּוּ אֲבוּהָא מְנָזֵף נָזֵף בָּהּ הֲלָא תִתְכְּלֵם שְׁבְעָה יוֹמִין תִּסְתְּגַר שְׁבְעָא יוֹמִין מִבָּרָא לְמַשְׁרְיָתָא וּבָתַר כֵּן
תִּתְכְּנֵשׁ : 15 וְאִסְתְּגֶרֶת מִרְיָם מִבָּרָא לְמַשְׁרְיָתָא שְׁבְעָא יוֹמִין וְעַמָּא לָא נְטַל עַד דְּאִתְכְּנִישַׁת מִרְיָם :

יג

1 וּבָתַר כֵּן נְטָלוּ עַמָּא מֵחֲצֵרוֹת וּשְׁרוֹ בְּמַדְבְּרָא דְּפָארָן : 2 וּמַלֵּיל יְיָ עִם מֹשֶׁה לְמֵימָר : 3 שְׁלַח לָךְ גְּבָרִין וְיֶאֱלְלוּן יָת אַרְעָא
דִּכְנָעַן דַּאֲנָא יָהֵיב לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל גַּבְרָא חַד לְשִׁבְטָא דַּאֲבָהָתְוהִי תִּשְׁלְחוּן כֹּל רַבָּא דְּבְהוֹן : 4 וּשְׁלַח יָתְהוֹן מֹשֶׁה מִמַּדְבְּרָא דְּפָארָן עַל
מֵימְרָא דַּייָ כּוּלְהוֹן גְּבָרִין רֵישֵׁי בְנֵי יִשְׂרָאֵל אִנּוּן : 5 וְאִלֵּין שְׁמָהָתְהוֹן לְשִׁבְטָא דְּרְאוּבֵן שַׁמּוּעַ בַּר זַכּוּר : 6 לְשִׁבְטָא דְּשִׁמְעוֹן שָׁפָט בַּר חוֹרִי :
7 לְשִׁבְטָא דִּיהוּדָה כָּלֵב בַּר יְפֻנֶּה : 8 לְשִׁבְטָא דְּיִשָּׂשכָר יִגְאָל בַּר יוֹסֵף : 9 לְשִׁבְטָא דְּאֶפְרַיִם הוֹשֵׁעַ בַּר נוּן : 10 לְשִׁבְטָא דִּבְנְיָמִן פַּלְטִי
בַּר רָפוּא : 11 לְשִׁבְטָא דִּזְבוּלֻן גַּדִּיאֵל בַּר סוֹדִי : 12 לְשִׁבְטָא דְּיוֹסֵף לְשִׁבְטָא דִּמְנַשֶּׁה גַּדִּי בַּר סוּסִי : 13 לְשִׁבְטָא דְּדָן עַמִּיאֵל בַּר גְּמַלִּי :
14 לְשִׁבְטָא דְּאָשֵׁר סְתוּר בַּר מִיכָאֵל : 15 לְשִׁבְטָא דְּנַפְתָּלִי נַחְבִּי בַּר וָפְסִי : 16 לְשִׁבְטָא דְּגָד גְּאוּאֵל בַּר מָכִי : 17 אִלֵּין שְׁמָהָת גַּבְרַיָּא
דִּשְׁלַח מֹשֶׁה לְאַתָּלָאָה יָת אַרְעָא וּקְרָא מֹשֶׁה לְהוֹשֵׁעַ בַּר נוּן יְהוֹשֻׁעַ : 18 וּשְׁלַח יָתְהוֹן מֹשֶׁה לְאַתָּלָאָה יָת אַרְעָא דִּכְנָעַן וַאֲמַר לְהוֹן סַקוּ דָא בְּדַרוֹמָא
וְתִסְקוּן לְטוּרָא : 19 וְתֶחְזוֹן יָת אַרְעָא מָה הִוא וְיָת עַמָּא דְּיָתֵיב עֲלָהּ הַתַקִּיף הוּא אִם חַלָּשׁ הַזְעֵיר הוּא אִם סַגִּיא :

12 * Non fiat vt æquale morti, tanquam abortiuum egrediens de vulua matris ſuæ, & abſumit dimidium carnium eius.

13 * Et clamauit Moyſes ad Dominum, dicens: Deus, rogo te, medere illi.

14 * Et dixit Dominus ad Moyſen: Si pater eius ſpuens ſpuiſſet in faciem eius non verebitur. Septem dies ſegregetur extra caſtra, et poſt hæc ingredietur.

15 * Et ſeparata eſt Maria extra caſtra ſeptem dies. & populus non profectus eſt, quoad mundata eſt Maria.

CAP. XIII.

1 ET poſt hæc profectus eſt populus de Aſeroth, & caſtrametati ſunt in deſerto Pharan.

2 * Et locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens:

3 * Mitte tibi viros, & conſiderent terram Chanaæorum, quam ego do filiis Iſrael in poſſeſſionem. virum vnum per tribum, per populos familiarum ſuarum mittes eos, omnem principem ex ipſis.

4 * Et miſit eos Moyſes de deſerto Pharan per vocem Domini, omnes viri principes filiorum Iſrælhi.

5 * Et hæc nomina eorum: De tribu Ruben, Samu filius Zachur.

6 * De tribu Symeon, Saphat filius Suri.

7 * De tribu Iuda, Chaleb filius Jephone.

8 * De tribu Iſſachar, Igal filius Joſeph.

9 * De tribu Ephraim, Oſee filius Naue.

10 * De tribu Beniamin, Phalti filius Raphan.

11 * De tribu Zabulon, Gediel filius Sodi.

12 * De tribu Ioſeph filiorum Manaſſe, Gaddi filius Suſi.

13 * De tribu Dan, Amiel filius Gemali.

14 * De tribu Aſer, Sahur filius Michael.

15 * De tribu Neptalim, Naabi filius Abi.

16 * De tribu Gad, Guhel filius Machi.

17 * Hæc nomina virorum quos miſit Moyſes ad conſiderandum terram. Et cognominauit Moyſes Oſee filium Nun, Joſue.

18 * Et miſit eos Moyſes ad conſiderandum terram Chanaan. & dixit ad eos: Aſcendite per hoc deſertum, & aſcendetis in montem:

19 * Et videbitis terram, qualis eſt: & populum habitantem in ea, an fortis eſt an infirmus, an pauci ſunt an multi:

12 * μὴ γλύφῃ) ὡς ἴδον θανάτῳ, ὡσεὶ ἔκτρωμα ἐκπορευόμενον ἐκ μήτρας μητρὸς αὐτῆ, καὶ κατεδίει τὸ ἥμισυ τῶν σαρκῶν αὐτῆς.

13 * καὶ ἐβόησε μωυσῆς πρὸς κύριον, λέγων, ὁ θεὸς δέομαί σου, ἴασαι αὐτήν.

14 * καὶ εἶπε κύριος πρὸς μωυσῆν, εἰ ὁ πατὴρ αὐτῆς πτύων ἐνέπτυσεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτῆς, οὐκ ἐντραπήσεται). ἑπτὰ ἡμέρας ἀφορισθήτω ἔξω τῆς παρεμβολῆς, καὶ μετὰ ταῦτα εἰσελθύσετω).

15 * καὶ ἀφωρίσθη μαριὰμ ἔξω τῆς παρεμβολῆς ἑπτὰ ἡμέρας. καὶ ὁ λαὸς οὐκ ἐξῆρεν ἕως ἐκαθαρίσθη μαριάμ.

ιγ'.

1 * Καὶ μετὰ ταῦτα ἐξῆρεν ὁ λαὸς ἐξ ἀσηρώθ, καὶ παρενέβαλον ἐν τῇ ἐρήμῳ φαράν.

2 * καὶ ἐλάλησε κύριος πρὸς μωυσῆν, λέγων·

3 * ἀπόστειλον σεαυτῷ ἀνδρας, καὶ κατασκεψάσθωσαν τὴν γῆν τῶν χαναναίων, ἣν ἐγὼ δίδωμι τοῖς υἱοῖς ἰσραὴλ εἰς κατάσχεσιν. ἀνδρα ἕνα κατὰ φυλὴν, κατ' δήμους πατριῶν αὐτῶν, ἀποστελεῖς αὐτόν, πάντα ἀρχηγὸν ἐξ αὐτῶν.

4 * καὶ ἐξαπέστειλεν αὐτοὺς μωυσῆς ἐκ τῆ ἐρήμῳ φαραν διὰ φωνῆς κυρίου, πάντες ἄνδρες ἀρχηγοὶ υἱῶν ἰσραὴλ οὗτοι.

5 * καὶ ταῦτα τὰ ὀνόματα αὐτῶν· τῆ φυλῆς ρουβὴν, σαμέ, υἱὸς ζαχούρ.

6 * τῆς φυλῆς συμεών, σαφὰτ υἱὸς σουρί.

7 * τῆς φυλῆς ἰούδα, χαλὰβ υἱὸς ἰεφοννή.

8 * τῆς φυλῆς ἰσσάχαρ, ἰγὰλ υἱὸς ἰωσήφ.

9 * τῆς φυλῆς ἐφραίμ, αὐσὴ υἱὸς ναυή.

10 * τῆς φυλῆς βενιαμὶν, φαλτὶ υἱὸς ραφού.

11 * τῆς φυλῆς ζαβουλὼν, γουδιὴλ υἱὸς σουδί.

12 * τῆς φυλῆς ἰωσὴφ τῶν υἱῶν μανασσὴ, γαδδὶ υἱὸς σουσί.

13 * τῆς φυλῆς δὰν, ἀμιὴλ υἱὸς γαμαλί.

14 * τῆς φυλῆς ἀσὴρ, σαθοὺρ υἱὸς μιχαήλ.

15 * τῆς φυλῆς νεφθαλίμ, ναβὶ υἱὸς ἀβί.

16 * τῆς φυλῆς γὰδ, γουδιὴλ υἱὸς μαχί.

17 * ταῦτα τὰ ὀνόματα τῶν ἀνδρῶν οὓς ἀπέστειλε μωυσῆς κατασκέψασθαι τὴν γῆν. καὶ ἐπωνόμασε μωυσῆς τὸν αὐσὴ υἱὸν ναυὴ, ἰησοῦ.

18 * καὶ ἀπέστειλεν αὐτοὺς μωυσῆς κατασκέψασθαι τὴν γῆν χαναάν. καὶ εἶπε πρὸς αὐτοὺς, ἀνάβητε ταύτῃ τῇ ἐρήμῳ, καὶ ἀναβήσεσθε εἰς τὸ ὄρος·

19 * καὶ ὄψεσθε τὴν γῆν, τίς ἐστι, καὶ τὸν λαὸν τὸν ἐγκαθήμενον ἐπ' αὐτῆ, ἢ ἰσχυρός ἐστιν, ἢ ἀσθενὴς, ἢ ὀλίγοι εἰσὶν, ἢ πολλοί·

CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

[11] Ne, obſecro, ſeparetur hæc à nobis, quia ſoror noſtra eſt. ora, obſecro, ſuper carnem mortuam hanc quæ eſt in ea, vt ſanetur.
[13] Orauitque Moyſes coram Domino, dicens: Deus, obſecro, ſana eam nunc. [14] Dixitque Dominus ad Moyſen: Et ſi pater eius increpans increpaſſet eam, nonne erubeſceret ſeptem diebus? Recludatur ſeptem diebus extra caſtra, & poſteà reuocabitur.
[15] Recluſaque eſt Maria extra caſtra ſeptem diebus. Populus autem non eſt profectus, donec reuocata eſt Maria.

CAP. XIII.

ET poſt hæc profectus eſt populus de Aſeroth, & caſtrametati ſunt in deſerto Pharan. [2] Locutuſque eſt Dominus cum Moyſe, dicens: [3] Mitte tibi viros vt explorent terram Chanaan, quam ego dabo filiis Iſrael; ſingulos viros de vnoquoque tribu patrum ſuorum mittetis omnem principem qui in eis eſt. [4] Miſitque eos Moyſes à deſerto Pharan iuxta verbum Domini: omnes hi viri capita filiorum Iſrael erant. [5] Et hæc ſunt nomina eorum: De tribu Ruben, Samua filius Zachur. [6] De tribu Symeon, Saphat filius Hori. [7] De tribu Iuda, Caleb filius Iephone. [8] De tribu Iſachar, Igal filius Ioſeph. [9] De tribu Ephraim, Oſee filius Nun. [10] De tribu Beniamin, Phalti filius Raphu. [11] De tribu Zabulon, Gaddiel filius Sodi.
[12] De tribu Ioſeph de tribu Manaſſe, Gaddi filius Suſi. [13] De tribu Dan, Amiel filius Gemali. [14] De tribu Aſer, Sethur filius Michael.
[15] De tribu Neptali, Naabi filius Vapſi. [16] De tribu Gad, Geuel filius Machi. [17] Hæc ſunt nomina virorum quos miſit Moyſes ad explorandam terram. Vocauitque Moyſes Oſee filium Nun, Ioſue. [18] Et miſit eos Moyſes ad explorandam terram Chanaan, & dixit ad eos: Aſcendite hac per Meridiem, & aſcendetis ad montem. [19] Et videbitis terram qualis eſt, & populum qui habitat in ea, vtrùm fortis ſit an infirmus, vtrùm pauci ſint an multi:

20 * וּמָה הָאָרֶץ אֲשֶׁר־הוּא יֹשֵׁב בָּהּ הֲטוֹבָה הִוא אִם־
רָעָה וּמָה הֶעָרִים אֲשֶׁר־הוּא יוֹשֵׁב בָּהֵנָּה הַבְּמַחֲנִים
21 אִם־בְּמִבְצָרִים׃ * וּמָה הָאָרֶץ הַשְּׁמֵנָה הִוא
אִם־רָזָה הֲיֵשׁ בָּהּ עֵץ אִם־אַיִן וְהִתְחַזַּקְתֶּם וּלְקַחְתֶּם
מִפְּרִי הָאָרֶץ וְהַיָּמִים יְמֵי בִּכּוּרֵי עֲנָבִים׃
22 * וַיַּעֲלוּ וַיָּתֻרוּ אֶת־הָאָרֶץ מִמִּדְבַּר־צִן עַד־רְחֹב לְבֹא
23 חֲמָת׃ * וַיַּעֲלוּ בַנֶּגֶב וַיָּבֹא עַד־חֶבְרוֹן וְשָׁם אֲחִימָן
שֵׁשַׁי וְתַלְמַי יְלִידֵי הָעֲנָק וְחֶבְרוֹן שֶׁבַע שָׁנִים נִבְנְתָה
24 לִפְנֵי צֹעַן מִצְרָיִם׃ * וַיָּבֹאוּ עַד־נַחַל אֶשְׁכֹּל וַיִּכְרְתוּ
מִשָּׁם זְמוֹרָה וְאֶשְׁכּוֹל עֲנָבִים אֶחָד וַיִּשָּׂאֻהוּ בַמּוֹט
בִּשְׁנָיִם וּמִן־הָרִמֹּנִים וּמִן־הַתְּאֵנִים׃
25 * לַמָּקוֹם הַהוּא קָרָא נַחַל אֶשְׁכּוֹל עַל אֹדוֹת
הָאֶשְׁכּוֹל אֲשֶׁר־כָּרְתוּ מִשָּׁם בְּנֵי יִשְׂרָאֵל׃
26 * וַיָּשֻׁבוּ מִתּוּר הָאָרֶץ מֵקֵץ אַרְבָּעִים יוֹם׃ * וַיֵּלְכוּ
27 וַיָּבֹאוּ אֶל־מֹשֶׁה וְאֶל־אַהֲרֹן וְאֶל־כָּל־עֲדַת בְּנֵי־
יִשְׂרָאֵל אֶל־מִדְבַּר פָּארָן קָדֵשָׁה וַיָּשִׁיבוּ אֹתָם דָּבָר
וְאֶת־כָּל־הָעֵדָה וַיַּרְאוּם אֶת־פְּרִי הָאָרֶץ׃
28 * וַיְסַפְּרוּ־לוֹ וַיֹּאמְרוּ בָּאנוּ אֶל־הָאָרֶץ אֲשֶׁר שְׁלַחְתָּנוּ
29 וְגַם זָבַת חָלָב וּדְבַשׁ הִוא וְזֶה־פִּרְיָהּ׃ * אֶפֶס כִּי־
עַז הָעָם הַיֹּשֵׁב בָּאָרֶץ וְהֶעָרִים בְּצֻרוֹת גְּדֹלֹת מְאֹד
30 וְגַם־יְלִדֵי הָעֲנָק רָאִינוּ שָׁם׃ * עֲמָלֵק יוֹשֵׁב בְּאֶרֶץ
הַנֶּגֶב וְהַחִתִּי וְהַיְבוּסִי וְהָאֱמֹרִי יוֹשֵׁב בָּהָר וְהַכְּנַעֲנִי
31 יוֹשֵׁב עַל־הַיָּם וְעַל יַד הַיַּרְדֵּן׃ * וַיַּהַס כָּלֵב אֶת־הָעָם
אֶל־מֹשֶׁה וַיֹּאמֶר עָלֹה נַעֲלֶה וְיָרַשְׁנוּ אֹתָהּ כִּי־
32 יָכוֹל נוּכַל לָהּ׃ * וְהָאֲנָשִׁים אֲשֶׁר־עָלוּ עִמּוֹ אָמְרוּ
לֹא נוּכַל לַעֲלוֹת אֶל־הָעָם כִּי־חָזָק הוּא מִמֶּנּוּ׃
33 * וַיֹּצִיאוּ דִּבַּת הָאָרֶץ אֲשֶׁר תָּרוּ אֹתָהּ אֶל־בְּנֵי
יִשְׂרָאֵל לֵאמֹר הָאָרֶץ אֲשֶׁר עָבַרְנוּ בָהּ לָתוּר אֹתָהּ אֶרֶץ
אֹכֶלֶת יוֹשְׁבֶיהָ הִוא וְכָל־הָעָם אֲשֶׁר־רָאִינוּ בְתוֹכָהּ
אַנְשֵׁי מִדּוֹת׃

20 * Ipsa terra bona an mala, vrbes quales,
21 muratæ an absque muris: * Humus pinguis an sterilis, nemorosa an absque arboribus. Confortamini, & afferte nobis de fructibus terræ. Erat autem tempus quando iam
22 præcoquæ vuæ vesci possunt. * Cumque
C ascendissent, explorauerunt terram à deserto
23 Sin vsque Roob intrantibus Emath. * Ascenderuntque ad Meridiem, & venerunt in Hebron, vbi erant Achiman & Sisai, & Tolmai filij Enach. Nam Hebron septem annis ante Tapnim vrbem Ægypti condita est.
24 * Pergentesque vsque ad torrentem Botri, absciderunt palmitem cum vua sua, quē portauerunt in vecte duo viri. de malis quoque granatis, & de ficis loci illius tulerunt:
25 * Qui appellatus est Nehel-escol, id est, torrens botri, eo quòd botrum portassent indè
26 filij Israel. * Reuersique exploratores
27 terræ post quadraginta dies; * Omni regione circuita, venerunt ad Moysen & ad Aaron, & ad omnem cœtum filiorum Israel in desertum Pharan, quod est in Cades. locutiq; eis & omni multitudini, ostenderunt fru
28 ctus terræ: * Et narrauerunt, dicentes: Ve-
D nimus in terram ad quam misistis nos, quæ re vera fluit lacte & melle, vt ex his fructibus co
29 gnosci potest. * Sed cultores fortissimos habet, & vrbes grandes atque muratas. Stirpē Enach vidimus ibi.
30 * Amalech habitat in meridie: Ethæus, & Iebusæus, & Ammorræus in montanis: Chananæus verò moratur iuxta mare, & circa fluē
31 ta Iordanis. * Inter hæc Caleb compescens murmur populi qui oriebatur contra Moysen, ait: Ascendamus & possideamus terram, quoniam poterimus obtinere eam.
32 * Alij verò qui fuerant cum eo, dicebant: Nequaquam ad hunc populum valemus as-
33 cendere, quia fortior nobis est. * Detraxeruntque terræ quam inspexerant apud filios Israel, dicentes: Terra quam lustrauimus deuorat habitatores suos. Populus quem aspeximus, proceræ staturæ est.

תרגום אונקלוס

20 וּמָה אַרְעָא דְּהוּא יָתֵיב בָּהּ הֲטָבָא הִיא אִם בִּישָׁא וּמָה קִרְוַיָּא דְּהוּא יָתֵיב בְּהֵן הַבְּפַצְחִין אִם בְּכַרְכִין׃ 21 וּמָה אַרְעָא
הַעֲתִירָא הִיא אִם מִסְכֵּינָא הַאִית בָּהּ אִילָנִין אִם לָא וְתִתַּקְפּוּן וְתִסְבּוּן מֵאִיבָּא דְאַרְעָא וְיוֹמַיָּא יוֹמֵי בִּכּוּרֵי עִנְבִין׃ 22 וּסְלִיקוּ וְאַלִּילוּ יַת אַרְעָא
מִמַּדְבְּרָא דְצִן עַד רְחוֹב לְמָטֵי חֲמָת׃ 23 וּסְלִיקוּ בְּדָרוֹמָא וַאֲתוֹ עַד חֶבְרוֹן וְתַמָּן אֲחִימָן שֵׁשַׁי וְתַלְמַי בְּנֵי גִּבָּרַיָּא וְחֶבְרוֹן שְׁבַע שְׁנִין אִתְבְּנַיַּאת קֳדָם
טָנִיס דְּמִצְרַיִם׃ 24 וַאֲתוֹ עַד נַחְלָא דְאַתְכְּלָא וְקָצוּ מִתַּמָּן עוֹבַרְתָּא וְאַתְכַּל עִנְבִין חַד וּנְטַלוּהִי בַּאֲרִיחָא בִּתְרֵין וּמִן רִמּוֹנַיָּא וּמִן תְּאֵנַיָּא׃
25 לְאַתְרָא הַהוּא קְרָא נַחְלָא דְאַתְכְּלָא עַל עֵיסַק אַתְכְּלָא דְקָצוּ מִתַּמָּן בְּנֵי יִשְׂרָאֵל׃ 26 וְתָבוּ מִלְּאַלָּלָא יַת אַרְעָא מִסּוֹף אַרְבְּעִין יוֹמִין׃
27 וַאֲזַלוּ וַאֲתוֹ לְוַת מֹשֶׁה וּלְוַת אַהֲרֹן וּלְוַת כָּל כְּנִשְׁתָּא דִבְנֵי יִשְׂרָאֵל לְמַדְבְּרָא דְפָארָן לִרְקָם וַאֲתִיבוּ יַתְהוֹן פִּתְגָמָא וְיַת כָּל כְּנִשְׁתָּא וְאַחְזֵנוּן יַת אִבָּא
דְאַרְעָא׃ 28 וְאִשְׁתָּעִיו לֵיהּ וַאֲמַרוּ אֲתֵינָא לְאַרְעָא דִשְׁלַחְתָּנָא וְאַף עָבְדָא חָלָב וּדְבַשׁ הִיא וְדֵין אִיבָּהּ׃ 29 לְחוֹד אֲרֵי תַקִּיף עַמָּא
דְיָתֵיב בְּאַרְעָא וְקִרְוַיָּא כְּרִיכָן רַבְרְבָן לַחְדָא וְאַף בְּנֵי גִּיבָרַיָּא חֲזֵינָא תַמָּן׃ 30 עֲמַלְקָאָה יָתֵיב בְּאַרַע דָּרוֹמָא וְחִתָּאָה וִיבוּסָאָה וֶאֱמוֹרָאָה
יָתֵיב בְּטוּרָא וּכְנַעֲנָאָה יָתֵיב עַל יַמָּא וְעַל כֵּיף יַרְדְּנָא׃ 31 וַאֲצִית כָּלֵב יַת עַמָּא לְוַת מֹשֶׁה וַאֲמַר מִסַּק נִסַּק וְנֵירַת יָתָהּ אֲרֵי מִכָּל
נִיכוּל לָהּ׃ 32 וְגִבְרַיָּא דִסְלִיקוּ עִמֵּיהּ אֲמַרוּ לָא נִיכוּל לְמִיסַּק לְוַת עַמָּא אֲרֵי תַקִּיף הוּא מִנָּנָא׃
33 וְאַפִּיקוּ שׁוּם בִּישׁ עַל אַרְעָא דְאַלִּילוּ יָתָהּ לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל לְמֵימַר אַרְעָא דַעֲבַרְנָא בָּהּ לְאַלָּלָא יָתָהּ אַרְעָא מְקַטְּלָא יָתְבָהָא הִוא וְכָל עַמָּא דַחֲזֵינָא בְּגַוָּהּ
אֲנָשִׁין דִּמְשַׁחָא׃

20 * Et quæ terra in quam isti morantur in ea, si pulchra est, an mala: & quæ ciuitates in quibus hi habitant in eis, an in muratis vel in non muratis.

21 * Et quæ terra, an pinguis vel sterilis: si sunt in ea arbores vel non. & confortati sumetis de fructibus terræ. & dies dies veris, præcursores vuæ.

22 * Et ascendentes considerauerunt terram à deserto Sin vsque ad Roob, intrantibus Emath.

23 * Et ascenderunt per desertum, & venerunt vsque ad Hebron, & ibi Achiman, & Sisai, & Tolmai, generationes Enach. & Hebron septem annis ædificata est ante Tani Ægypti:

24 * Et venerunt vsque ad vallem botri: & abscinderunt illinc palmitem & racemum vuæ vnum in eo: & tulerunt eum in vectibus, & de malis punicis, & de ficis.

25 * Et locum illum cognominauerunt Vallis racemi, propter racemum quem abscinderunt illinc filij Israel.

26 * Et reuersi sunt inde cùm considerauissent terram post quadraginta dies.

27 * Et euntes venerunt ad Moysen & Aaron, & ad omnem congregationem filiorum Israel in desertum Pharan Cades: & responderunt eis verba & omni congregationi. & demonstrauerunt fructum terræ:

28 * Et enarrauerunt ei & dixerunt: Venimus in terram ad quam misisti nos, terram fluentem lacte & melle. & hic fructus eius.

29 * Sed quia fortis gens habitans terram, & ciuitates munitæ muratæ & magnæ valdè. & generationem Enach vidimus ibi.

30 * Et Amalec habitat in terra quæ ad Austrum; & Ethæus, & Euæus, & Iebusæus & Amorræus habitat in montana: & Chananæus habitat iuxta mare, & iuxta Iordanem fluuium.

31 * Et compescuit Chaleb populum ad Moysen, et dixit ei: Non, sed ascendentes ascendamus, & possideamus eam, quia potentes poterimus aduersus eos.

32 * Et homines qui ascenderunt post eum, dixerunt: Non ascendamus, quia non poterimus ascendere aduersus gentem, quia fortior est nobis magis.

33 * Et tulerunt pauorem terræ quam considerauerunt ipsam ad filios Israel dicentes: Terram quam transiuimus eam ad considerandum, terra deuorãs habitantes in ea est.

20 * καὶ τίς ἡ γῆ εἰς ἣν οὗτοι ἐγκάθηνται ἐπ' αὐτῆς, εἰ καλή ἐστιν, ἢ πονηρά, καὶ τίνες αἱ πόλεις εἰς ἃς οὗτοι κατοικοῦσιν ἐν αὐ-
21 ταῖς, ἢ ἐν τειχήρεσιν ἢ ἐν ἀτειχίστοις. * καὶ τίς ἡ γῆ, ἢ πιὼν, ἢ παρειμένη, εἰ ἔστιν ἐν αὐτῇ δένδρα, ἢ οὔ. καὶ θαρσαλεῖ-
ρήσαντες λήψεσθε ἀπὸ τῶν καρπῶν τῆς γῆς: καὶ αἱ ἡμέραι ἡ-
μέραι ἔαρος, θεόδρομοι σταφυλῆς.

22 * καὶ διαβάντες κατεσκέψαντο τὴν γῆν ἀπὸ τῆς ἐρήμου
23 σὶν ἕως ροὼβ, εἰσπορευομένων ἐμάθ. * καὶ ἀνέβησαν κατὰ τὴν ἔρημον. καὶ ἦλθοσαν ἕως χεβρών, καὶ ἐκεῖ Ἀχειμαν, Σεσ-
σὶ, καὶ Θελαμίν, γηγενεῖς ἐνάκ. καὶ χεβρὼν ἑπτὰ ἔτεσιν ᾠκο-
24 δομήθη ἔμπροσθεν Τάνεως Αἰγύπτου. * καὶ ἦλθοσαν ἕως φάραγγος βότρυος. Σ ἔκοψαν ἐκεῖθεν κλῆμα καὶ βότρυν σταφυλῆς ἕνα ἐπ' αὐτοῦ, Σ ἦραν αὐτὸν ἐπ' ἀμφορεῦσιν, Σ ἀπὸ
25 τῶν ῥοιῶν καὶ ἀπὸ τῶν συκῶν. * καὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον ἐπω-
νόμασεν, φάραγξ βότρυος, διὰ τὸν βότρυν, ὃν ἔκοψαν ἐ-
26 κεῖθεν οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ. * καὶ ἐπέστρεψαν ἐκεῖθεν κα-
τασκεψάμενοι τὴν γῆν μετὰ τεσσαράκοντα ἡμέρας.

27 * καὶ πορευθέντες ἦλθον πρὸς Μωυσῆν καὶ Ἀαρὼν καὶ πρὸς πᾶσαν συναγωγὴν υἱῶν Ἰσραὴλ, εἰς τὴν ἔρημον Φα-
ρὰν Κάδης· καὶ ἀπεκρίθησαν αὐτοῖς ῥήματα καὶ πάσῃ τῇ συ-
ναγωγῇ· καὶ ἔδειξαν τὸν καρπὸν τῆς γῆς.

28 * καὶ ἐδιηγήσαντο αὐτῷ, καὶ εἶπαν, ἤλθομεν εἰς τὴν γῆν
εἰς ἣν ἀπέστειλας ἡμᾶς, γῆν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι. Σ ἕ-
29 τος ὁ καρπὸς αὐτῆς. * ἀλλ' ἢ ὅτι θρασὺ τὸ ἔθνος τὸ κα-
τοικοῦν τὴν γῆν, Σ αἱ πόλεις ὀχυραὶ τετειχισμέναι καὶ μεγά-
λαι σφόδρα. καὶ τὸ γένος Ἐνὰκ ἑωράκαμεν ἐκεῖ.

30 * καὶ Ἀμαλὴκ κατοικεῖ ἐν τῇ γῇ τῇ πρὸς νότον· Σ ὁ Χετ-
ταῖος, Σ ὁ Ἰεβουσαῖος, καὶ ὁ Ἀμορραῖος κα-
τοικεῖ ἐν τῇ ὀρεινῇ· καὶ ὁ Χαναναῖος κατοικεῖ πρὸς θάλασσαν,
31 καὶ πρὸς τὸν Ἰορδάνην ποταμόν. * Σ κατεσιώπησε Χα-
λὲβ τὸν λαὸν πρὸς Μωυσῆν, καὶ εἶπεν αὐτῷ, οὐχὶ ἀλλὰ ἀνα-
βάντες διαβησόμεθα, Σ κατακληρονομήσωμεν αὐτὴν,
ὅτι δυνάμενοι δυνησόμεθα πρὸς αὐτούς.

32 * καὶ οἱ ἄνθρωποι οἱ συναναβάντες μετ' αὐτὸν, εἶπαν, οὐκ ἀναβαίνωμεν, ὅτι μὴ δυνησόμεθα διαβῆναι πρὸς τὸ ἔ-
θνος, ὅτι ἰσχυρότερόν ἐστιν ἡμῶν μᾶλλον.

33 * Σ ἐξήνεγκαν ἔκπασιν τῆς γῆς ἧς κατεσκέψαντο αὐτὴν πρὸς
τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ, λέγοντες, τὴν γῆν ἣν παρήλθομεν αὐτὴν κα-
τασκέψασθαι, γῆ κατεσθίουσα τοὺς κατοικοῦντας ἐπ' αὐτῆς ἐστίν.

CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

20 Et qualis sit terra in qua habitat, vtrùm bona sit an mala, & quales vrbes in quibus habitat, si sunt absque muris an muratæ. 21 Et qualis est terra, si est abundans an sterilis, & si sunt in ea arbores an non. & confortabimini, & tolletis de fructibus terræ. Dies autem erant quando primæ vuæ matureſcunt. 22 Ascenderuntque & explorauerunt terram à deserto Sin vsque Roob ad introitum Emath. 23 Ascenderuntque ad Meridiem, & venerunt vsque ad Hebron; & ibi erant Haiman, Sesai, & Tolmai filij gigantum; & Hebron septem annis antequàm Thanes Ægypti condita est. 24 Et venerunt vsque ad torrentem botri; & abscinderunt indè palmitem & botrum vnum vuarum, & portauerunt eum duo viri in vecte: de malis quoque granatis & de ficis. 25 Appellatusque est locus ille, Torrens botri, propter botrum quem abscinderunt indè filij Israel. 26 Reuersíque sunt ab exploratione terræ post quadraginta dies. 27 Et abierunt, & venerunt ad Moysen & ad Aaron & ad omnem cœtum filiorum Israel in desertum Pharan in Cades, & retulerunt eis verba & omni cœtui, & ostenderunt eis fructum terræ. 28 Et narrauerunt eis atque dixerunt: Venimus in terram ad quam misistis nos, & fluit lacte & melle; & hic est fructus eius. 29 Sed populus qui habitat in ea fortis est, & ciuitates muratæ & grandes valdè: filios quoque giganteum vidimus ibi. 30 Amalech habitat in terra Australi; & Ethæus, & Iebusæus, & Amorræus habitant in monte; & Chananæus habitat iuxta mare, & iuxta ripam Iordanis. 31 Et silere fecit Caleb populum propter Moysen, & ait: Ascendentes ascendemus & possidebimus eam; quoniam poterimus obtinere eam. 32 Viri autem qui ascenderunt cum eo, dixerunt: Non poterimus ascendere ad populum, quia fortior nobis est: 33 Et detraxerunt terræ quam explorauerant apud filios Israel, dicentes: Terra per quam transiuimus vt exploraremus eam, terra occidens habitatores suos est; & in omni populo quem vidimus in ea, erant viri magnæ staturæ.

34 * וְשָׁם רָאִינוּ אֶת־הַנְּפִילִים בְּנֵי עֲנָק מִן־הַנְּפִלִים וַנְּהִי
בְעֵינֵינוּ כַּחֲגָבִים וְכֵן הָיִינוּ בְּעֵינֵיהֶם׃

יד

1 * וַתִּשָּׂא כָל־הָעֵדָה
וַיִּתְּנוּ אֶת־קוֹלָם וַיִּבְכּוּ הָעָם בַּלַּיְלָה הַהוּא׃
2 * וַיִּלֹּנוּ עַל־מֹשֶׁה וְעַל־אַהֲרֹן כֹּל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וַיֹּאמְרוּ
אֲלֵהֶם כָּל־הָעֵדָה לוּ־מַתְנוּ בְאֶרֶץ מִצְרַיִם אוֹ
3 בַּמִּדְבָּר הַזֶּה לוּ־מָתְנוּ׃ * וְלָמָה יְהוָה מֵבִיא
אֹתָנוּ אֶל־הָאָרֶץ הַזֹּאת לִנְפֹּל בַּחֶרֶב נָשֵׁינוּ וְטַפֵּנוּ
יִהְיוּ לָבַז הֲלוֹא טוֹב לָנוּ שׁוּב מִצְרָיְמָה׃
4 * וַיֹּאמְרוּ אִישׁ אֶל־אָחִיו נִתְּנָה רֹאשׁ וְנָשׁוּבָה
5 מִצְרָיְמָה׃ * וַיִּפֹּל מֹשֶׁה וְאַהֲרֹן עַל־פְּנֵיהֶם
6 לִפְנֵי כָּל־קְהַל עֲדַת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל׃ * וִיהוֹשֻׁעַ בִּן־
נוּן וְכָלֵב בֶּן־יְפֻנֶּה מִן־הַתָּרִים אֶת־הָאָרֶץ קָרְעוּ
7 בִּגְדֵיהֶם׃ * וַיֹּאמְרוּ אֶל־כָּל־עֲדַת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל
לֵאמֹר הָאָרֶץ אֲשֶׁר עָבַרְנוּ בָהּ לָתוּר אֹתָהּ טוֹבָה
8 הָאָרֶץ מְאֹד מְאֹד׃ * אִם־חָפֵץ בָּנוּ יְהוָה וְהֵבִיא
אֹתָנוּ אֶל־הָאָרֶץ הַזֹּאת וּנְתָנָה לָנוּ אֶרֶץ אֲשֶׁר־הִוא
9 זָבַת חָלָב וּדְבָשׁ׃ * אַךְ בַּיהוָה אַל־תִּמְרֹדוּ
וְאַתֶּם אַל־תִּירְאוּ אֶת־עַם הָאָרֶץ כִּי לַחְמֵנוּ
הֵם סָר צִלָּם מֵעֲלֵיהֶם וַיהוָה אִתָּנוּ אַל־תִּירָאֻם׃
10 * וַיֹּאמְרוּ כָל־הָעֵדָה לִרְגּוֹם אֹתָם בָּאֲבָנִים
וּכְבוֹד יְהוָה נִרְאָה בְּאֹהֶל מוֹעֵד אֶל־כָּל־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל׃
11 * וַיֹּאמֶר יְהוָה אֶל־מֹשֶׁה עַד־אָנָה
יְנַאֲצֻנִי הָעָם הַזֶּה וְעַד־אָנָה לֹא־יַאֲמִינוּ בִּי בְּכֹל הָאֹתוֹת
12 אֲשֶׁר עָשִׂיתִי בְּקִרְבוֹ׃ * אַכֶּנּוּ בַדֶּבֶר וְאוֹרִשֶׁנּוּ
13 וְאֶעֱשֶׂה אֹתְךָ לְגוֹי־גָדוֹל וְעָצוּם מִמֶּנּוּ׃ * וַיֹּאמֶר מֹשֶׁה
אֶל־יְהוָה וְשָׁמְעוּ מִצְרַיִם כִּי־הֶעֱלִיתָ בְכֹחֲךָ אֶת־הָעָם
הַזֶּה מִקִּרְבוֹ׃

34 * Ibi vidimus monstra quædam filiorum
Enach de genere giganteo, quibus comparati
quasi locustæ videbamur.

CAP. XIIII.

1 A IGitur vociferans omnis turba, fleuit nocte
illa:
2 * Et murmurati sunt contra Moysen &
Aaron cuncti filij Israel, dicentes: Vtinã mor-
tui essemus in Ægypto, & non in hac vasta so
litudine. Vtinam pereamus,
3 * Et non inducat nos Dominus in terram
istam, ne cadamus gladio, & vxores ac liberi
nostri ducantur captiui. Nónne melius est
reuerti in Ægyptum?
4 * Dixeruntq́; alter ad alterum: Constitua-
mus nobis ducem, & reuertamur in Ægyptũ.
5 * Quo audito Moyses & Aaron, ceciderunt
proni in terram coram omni multitudine fi-
liorum Israel.
6 * At verò Iosue filius Nun & Caleb filius
Iephone, qui & ipsi lustrauerunt terram, sci-
derunt vestimenta sua:
7 * Et ad omnem multitudinem filiorum Is-
B rael locuti sunt: Terra quam circuiuimus, val
dè bona est.
8 * Si propitius fuerit Dominus, inducet nos
in eam, & tradet humum lacte & melle ma-
9 nantem. * Nolite rebelles esse contra Do-
minum, neque timeatis populum terræ hu-
ius: quia sicut panem, ita eos possumus deuo-
rare. Recessit ab eis omne præsidium. Domi-
10 nus nobiscum est: nolite metuere. * Cumq́;
clamaret omnis multitudo, & lapidibus eos
vellet opprimere, apparuit gloria Domini su-
per tectum fœderis, cunctis videntibus filiis
11 Israel. * Et dixit Dominus ad Moysen:
Vsquequo detrahet mihi populus iste? quous
que non credent mihi in omnibus signis quæ
12 feci coram eis? * Feriam igitur eos pe-
stilentia, atque consumam. te autem faciam
principem super gentem magnam & fortio-
13 rem quàm hæc est. * Et ait Moyses ad Domi-
num: Vt audiant Ægyptij, de quorum medio
eduxisti populum istum,

תרגום אונקלוס

34 וְתַמָּן חֲזֵינָא יַת גִּיבָּרַיָּא בְּנֵי עֲנָק מִן גִּבָּרַיָּא וַהֲוֵינָא בְּעֵינֵי נַפְשָׁנָא כְּקֻמְצִין וְכֵן הֲוֵינָא בְּעֵינֵיהוֹן׃

יד

1 וַאֲרִימַת כָּל כְּנִשְׁתָּא וִיהַבוּ יַת קָלְהוֹן וּבְכוֹ עַמָּא בְּלֵילְיָא הַהוּא׃ 2 וְאִתְרַעֲמוּ עַל מֹשֶׁה וְעַל אַהֲרֹן כֹּל בְּנֵי
יִשְׂרָאֵל וַאֲמַרוּ לְהוֹן כָּל כְּנִשְׁתָּא לְוֵי דְמִיתְנָא בְּאַרְעָא דְמִצְרַיִם אוֹ בְּמַדְבְּרָא הָדֵין לְוֵי דְמִיתְנָא׃ 3 וּלְמָה יְיָי מָעֵיל יָתָנָא לְאַרְעָא הָדָא
לְמִפַּל בְּחַרְבָּא נְשָׁנָא וְטַפְלָנָא יְהוֹן לְבִיזָא הֲלָא טָב לָנָא דִנְתוּב לְמִצְרַיִם׃ 4 וַאֲמַרוּ גְבַר לְאַחוּהִי נְמַנִּי רֵישָׁא וּנְתוּב לְמִצְרַיִם׃
5 וּנְפַל מֹשֶׁה וְאַהֲרֹן עַל אַפֵּיהוֹן קֳדָם כָּל קְהַל כְּנִשְׁתָּא דִבְנֵי יִשְׂרָאֵל׃ 6 וִיהוֹשֻׁעַ בַּר נוּן וְכָלֵב בַּר יְפֻנֶּה מִן אַלְלֵי אַרְעָא בְּזַעוּ לְבוּשֵׁיהוֹן׃
7 וַאֲמַרוּ לְכָל כְּנִשְׁתָּא דִבְנֵי יִשְׂרָאֵל לְמֵימַר אַרְעָא דַעֲבַרְנָא בָהּ לְאַלָּלָא יָתָהּ טָבָא אַרְעָא לַחְדָּא לַחְדָּא׃ 8 אִם רַעְיָא בָנָא יְיָי וְיָעֵיל יָתָנָא
לְאַרְעָא הָדָא וְיִתְּנָהּ לָנָא אַרְעָא דְהִוא עָבְדָא חָלָב וּדְבָשׁ׃ 9 בְּרַם בְּמֵימְרָא דַיְיָי לָא תִּמְרְדוּן וְאַתּוּן לָא תִדְחֲלוּן מִן עַמָּא דְאַרְעָא אֲרֵי בִידָנָא
מְסִירִין אִינּוּן עֲדָא תֻקְפְּהוֹן מִנְּהוֹן וּמֵימְרָא דַיְיָי בְּסַעְדָנָא לָא תִדְחֲלוּן מִנְּהוֹן׃ 10 וַאֲמַרוּ כָּל כְּנִשְׁתָּא לְמִרְגַּם יַתְהוֹן בְּאַבְנַיָּא וִיקָרָא דַיְיָי אִתְגְּלִי
בְּמַשְׁכַּן זִימְנָא לְכָל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל׃ 11 וַאֲמַר יְיָי לְמֹשֶׁה עַד אֵימָתַי יְהוֹן מְרַגְזִין קֳדָמַי עַמָּא הָדֵין וְעַד אֵימָתַי לָא יְהֵמְנוּן בְּמֵמְרִי בְּכֹל אָתַיָּא דְעַבְדֵית
בֵּינֵיהוֹן׃ 12 אֶמְחִנּוּן בְּמוֹתָא וַאֲשֵׁצִינוּן וְאֶעְבֵּד יָתָךְ לְעַם סַגִּיא וְתַקִּיף מִנְּהוֹן׃ 13 וַאֲמַר מֹשֶׁה קֳדָם יְיָי וְיִשְׁמְעוּן מִצְרָאֵי אֲרֵי
אַסְקְתָא בְּחֵילָךְ יַת עַמָּא הָדֵין מִבֵּינֵיהוֹן׃

& omnis populus quẽ vidimus in ea, viri proceræ
staturæ. 34 *Et ibi vidimus gigantes; & eramus co-*
ram nobis velut locustæ, sed & sic eramus coram
illis.

CAP. XIIII.

ET accipiens omnis congregatio, dedit vocem, et 1
fleuit populus totam noctem illam:

2 *Et murmurabant contra Moysen & Aaron*
omnes filij Israel: & dixerunt ad eos omnis congre-
gatio: Vtinam mortui essemus in terra Ægypti, aut
in deserto hoc mortui essemus.

3 *Et quare Dominus inducit nos in terram hanc*
cadere in bello? vxores nostræ & filij erunt in ra-
pinam: nunc ergo melius nobis est reuerti in Ægy-
ptum.

4 *Et dixit alter alteri: Demus ducem, & reuer-*
tamur in Ægyptum.

5 *Et cecidit Moyses & Aaron super faciem co-*
ram omni congregatione filiorum Israel.

6 *Iesus autem filius Naue, & Chaleb filius Je-*
phone, ex his qui considerauerunt terram, sciderunt
vestimenta sua:

7 *Et dixerunt aduersus omnem congregationem*
filiorum Israel, dicentes: Terra quam consideraui-
mus eam, bona est valde valde.

8 *Si eligit nos Dominus, inducet nos in terram*
hanc, & dabit eam nobis, terra quæ est fluens lacte
& melle.

9 *Sed à Domino ne rebelles sitis. vos autem ne*
timeatis populum terræ; quia cibus vobis est. Re-
cessit enim tempus ab illis, at Dominus in nobis: ne
timeatis eos.

10 *Et dixit omnis congregatio, vt lapidarent eos*
in lapidibus. Et gloria Domini apparuit in nube su-
per tabernaculum testimonij in omnibus filiis Is-
rael.

11 *Et dixit Dominus ad Moysen: Vsquequo*
irritat me populus hic, & vsquequo non cre-
dent mihi in omnibus signis, quæ feci in eis?

12 *Percutiam eos morte, & perdam eos: & faciam te in gentem magnam, & multam magis quàm hæc. Et dixit Moyses ad Dominum: Et audiet Ægyptus, quòd eduxisti fortitudine tua populum hunc ex ipsis:*

καὶ πᾶς ὁ λαὸς ὃν ἐωρᾴκαμεν ἐπ' αὐτῆς ἄνδρες ὑπερμή-
34 κεις. * καὶ ἐκεῖ ἑωρᾴκαμεν τοὺς γίγαντας, καὶ ἦμεν ἐνώπιον
ἡμῶν ὡσεὶ ἀκρίδες, ἀλλὰ καὶ οὕτως ἦμεν ἐνώπιον αὐτῶν.

ιδ'.

1 * Καὶ ἀνάλαβοῦσα πᾶσα ἡ συναγωγὴ, ἔδωκε φωνὴν,
καὶ ἔκλαυσεν ὁ λαὸς ὅλην τὴν νύκτα ἐκείνην·

2 * καὶ διεγόγγυζον ἐπὶ μωυσῆν καὶ ἀαρὼν πάντες οἱ υἱοὶ
בְּנֵיהוֹן וְיָת בְּנָתְהוֹן מוֹקְדִין בְּנוּרָא לְטַעֲוָתְהוֹן:
32 יָת כָּל מַפְקָמָא דַּאֲנָא מְפַקֵּיד יַתְּהוֹן תִּטְּרוּן לְמֶעְבַּד לָא תוֹסְפוּן
עֲלוֹהִי וְלָא תְּמַנְעוּן מִינֵּיהּ:

21 * *Si autem longius abſit à te locus, quem elegerit Dominus Deus tuus vt inuocetur nomen eius illic, & ſacrificabis de bobus tuis, & de ouibus tuis, quas dederit tibi Dominus Deus tuus, quemadmodum præcepi tibi, & comedes in oppidis tuis ſecundum deſiderium animæ tuæ.*

22 * *Sicut comeditur caprea & ceruus, ita veſcéris eo; immundus in te & mundus ſimiliter veſcetur.*

23 * *Caue fortiter ne comedas ſanguinem, nam ſanguis eius anima; non comedetur anima cum carnibus.*

24 * *Non comedetis, ſuper terram fundetis illum quaſi aquam.*

25 * *Non veſcéris eo, vt benè tibi ſit, & filijs tuis poſt te, ſi feceris bonum & placitum coram Domino Deo tuo.*

26 * *Veruntamen ſancta tua quæ tibi fuerint, & vota tua accipiens venies in locum, quem elegerit Dominus Deus tuus vt inuocetur nomen eius illic.*

27 * *Et facies holocauſta tua, carnes offeres ſuper altare Domini Dei tui; at ſanguinẽ hoſtiarum tuarum fundes ad baſim altaris Domini Dei tui, at carnibus veſcéris.*

28 * *Obſerua & audi, & facies omnia verba, quæ ego præcipio tibi, vt bene tibi ſit, & filijs tuis in ſempiternum, ſi feceris bonum & placitum coram Domino Deo tuo.*

29 * *Si autem diſperdiderit Dominus Deus tuus, gentes, ad quas tu ingredieris illuc vt poſſideas terram earum à facie tua, & poſſederis eos, et habitaueris in terra eorum:*

30 * *Caue tibi ipſi, ne inquiras ſequi eos poſtquam exterminati fuerint illi à facie tua, non requiras deos illorum, dicens: Quomodo faciunt gentes iſtæ dijs eorum, faciam & ego.*

31 * *Non facies ſimiliter Domino Deo tuo, nam abominationes quas Dominus aduerſatus eſt, fecerunt dijs ſuis, quoniam & filios ſuos, & filias ſuas comburunt igne dijs ſuis.*

32 * *Omne verbum quod ego præcipio tibi hodie, hoc cuſtodies facere, non addes ad illud neque minues ab eo.*

21 * ἐὰν δὲ μακρύτερον ἀπέχῃ σου ὁ τόπος, ὃν ἐὰν ἐκλέξηται κύριος ὁ θεός σου ἐπικληθῆναι τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐκεῖ, καὶ θύσεις ἀπὸ τῶν βοῶν σου, καὶ ἀπὸ τῶν προβάτων σου ὧν ἂν δῷ σοι κύριος ὁ θεός σου, ὃν τρόπον ἐνετειλάμην σοι, καὶ φαγῇ ἐν ταῖς πόλεσί σου κατὰ τὴν ἐπιθυμίαν τῆς ψυχῆς σου.

22 * ὡς ἔδεται ἡ δορκὰς καὶ ἡ ἔλαφος, οὕτως φαγῇ αὐτό· ὁ ἀκάθαρτος ἐν σοὶ καὶ ὁ καθαρὸς ὡσαύτως ἔδεται.

23 * προσέχειν ἰσχυρῶς σοὶ μὴ φαγεῖν αἷμα, τὸ γὰρ αἷμα αὐτοῦ ψυχή, καὶ βρωθήσεται ἡ ψυχὴ μετὰ τῶν κρεῶν.

24 * οὐ φάγεσαι, ἐπὶ τὴν γῆν ἐκχεεῖτε αὐτὸ ὡς ὕδωρ.

25 * οὐ φαγῇ αὐτό, ἵνα σοὶ ἀγαθὸν γένηται, καὶ τοῖς υἱοῖς σου μετὰ σέ, ἐὰν ποιήσῃς τὸ καλὸν, καὶ τὸ ἀρεστὸν ἔναντι κυρίου τοῦ θεοῦ σου.

26 * πλὴν τὰ ἅγιά σου ἃ ἂν σοὶ γένηται, καὶ τὰς εὐχάς σου λαβὼν ἥξεις εἰς τὸν τόπον, ὃν ἂν ἐκλέξηται κύριος ὁ θεός σου ἐπικληθῆναι τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐκεῖ.

27 * καὶ ποιήσεις τὰ ὁλοκαυτώματά σου· τὰ κρέα καὶ τὸ αἷμα ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον κυρίου τοῦ θεοῦ σου· τὸ δὲ αἷμα τῶν θυσιῶν σου προχεεῖς πρὸς τὴν βάσιν τοῦ θυσιαστηρίου κυρίου τοῦ θεοῦ σου, τὰ δὲ κρέα φαγῇ.

28 * φυλάσσου καὶ ἄκουε, καὶ ποήσεις πάντας τοὺς λόγους, οὓς ἐγὼ ἐντέλλομαί σοι, ἵνα σοὶ γένηται, καὶ τοῖς υἱοῖς σου ἕως αἰῶνος, ἐὰν ποιήσῃς τὸ καλὸν καὶ τὸ ἀρεστὸν ἔναντι κυρίου τοῦ θεοῦ σου.

29 * ἐὰν δὲ ἐξολοθρεύσῃ κύριος ὁ θεός σου τὰ ἔθνη, εἰς οὓς σὺ εἰσπορεύσῃ ἐκεῖ κληρονομῆσαι τὴν γῆν αὐτῶν ἀπὸ προσώπου σου, καὶ κατακληρονομήσῃς αὐτούς, καὶ κατοικήσῃς ἐν τῇ γῇ αὐτῶν.

30 * πρόσεχε σεαυτῷ, μὴ ἐκζητήσῃς ἐπακολουθῆσαι αὐτοῖς μετὰ τὸ ἐξολοθρευθῆναι αὐτοὺς ἀπὸ προσώπου σου, καὶ μὴ ἐκζητήσῃς τοὺς θεοὺς αὐτῶν, λέγων· πῶς ποιοῦσι τὰ ἔθνη ταῦτα τοῖς θεοῖς αὐτῶν, ποιήσω κἀγώ.

31 * οὐ ποιήσεις οὕτω κυρίῳ τῷ θεῷ σου, τὰ γὰρ βδελύγματα ἃ κύριος ἐμίσησεν, ἐποίησαν τοῖς θεοῖς αὐτῶν, ὅτι καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτῶν, καὶ τὰς θυγατέρας αὐτῶν κατακαίουσι πυρὶ τοῖς θεοῖς αὐτῶν.

32 * πᾶν ῥῆμα ὃ ἐγὼ ἐντέλλομαί σοι σήμερον, τοῦτο φυλάξῃ ποιεῖν· οὐ προσθήσεις ἐπ' αὐτὸ, οὐδὲ ἀφελεῖς ἀπ' αὐτοῦ.

CHALDAICÆ PARAPHRASIS TRANSLATIO.

21 Si procul fuerit à te locus quem elegerit Dominus Deus tuus, vt collocet ibi maieſtatem ſuam, occides de bobus tuis & de ouibus tuis, quas dedit tibi Dominus ſicut præcepit tibi, & comedes in vrbibus tuis in omni deſiderio animæ tuæ.

22 Sicut enim comeditur caro capreæ & cerui, ſic comedes illa; mundus & immundus ſimul comedent.

23 Attamen cauere vt non comedas ſanguinem, quia ſanguis eſt anima, & non comedes animam cum carne.

24 Non comedes illum, ſed ſuper terram fundes illum ſicut aquam.

25 Non comedes illum vt benè ſit tibi & filiis tuis poſt te, ſi feceris quod rectum eſt coram Domino.

26 Veruntamen decimas ſanctificatas quas habueris & vota tua tolles, & venies ad locum quem elegerit Dominus.

27 Et facies holocauſta tua, quorum caro & ſanguis offeretur ſuper altare Domini Dei tui; ſanguis autem hoſtiæ ſanctificatæ tuæ effundetur ſuper altare Domini Dei tui, & carnem comedes.

28 Cuſtodi & ſuſcipe omnia verba hæc quæ ego præcipio tibi, vt bene ſit tibi & filiis tuis poſt te vſque in ſeculum, cùm feceris quod rectum eſt, & quod placitum eſt coram Domino Deo tuo.

29 Cùm diſperdiderit Dominus Deus tuus populos ad quos tu ingredieris vt ejcias eos à facie tua, & eieceris eos & habitaueris in terra eorum:

30 Caue tibi ne offendas poſt eos poſtquam diſperierint à facie tua, & ne requiras idola eorum, dicens: Quomodo ſeruierunt populi iſti idolis ſuis, ita & ego faciam.

31 Non ita facies coram Domino Deo tuo, quoniam omne quod abominabile eſt coram Domino, & quod odit Dominus, faciunt idolis ſuis, quoniam etiam filios ſuos, & filias ſuas comburunt igni propter idola ſua.

32 Omne præceptum quod ego præcipio vobis obſeruabitis vt faciatis, neque addetis ad illud neque ex eo minuetis.

יג

1 כִּי־יָקוּם בְּקִרְבְּךָ נָבִיא אוֹ חֹלֵם חֲלוֹם וְנָתַן
2 אֵלֶיךָ אוֹת אוֹ מוֹפֵת׃ * וּבָא הָאוֹת וְהַמּוֹפֵת אֲשֶׁר־
דִּבֶּר אֵלֶיךָ לֵאמֹר נֵלְכָה׀ אַחֲרֵי אֱלֹהִים אֲחֵרִים
3 אֲשֶׁר לֹא־יְדַעְתָּם וְנָעָבְדֵם׃ * לֹא תִשְׁמַע אֶל־דִּבְרֵי
הַנָּבִיא הַהוּא אוֹ אֶל־חוֹלֵם הַחֲלוֹם הַהוּא כִּי מְנַסֶּה׀
יְהוָה אֱלֹהֵיכֶם אֶתְכֶם לָדַעַת הֲיִשְׁכֶם אֹהֲבִים
אֶת־יְהוָה אֱלֹהֵיכֶם בְּכָל־לְבַבְכֶם וּבְכָל־נַפְשְׁכֶם׃
4 * אַחֲרֵי יְהוָה אֱלֹהֵיכֶם תֵּלֵכוּ וְאֹתוֹ תִירָאוּ וְאֶת־
מִצְוֹתָיו תִּשְׁמֹרוּ וּבְקֹלוֹ תִשְׁמָעוּ וְאֹתוֹ תַעֲבֹדוּ וּבוֹ
5 תִּדְבָּקוּן׃ * וְהַנָּבִיא הַהוּא אוֹ חוֹלֵם הַחֲלוֹם הַהוּא
יוּמָת כִּי דִבֶּר־סָרָה עַל־יְהוָה׀ אֱלֹהֵיכֶם הַמּוֹצִיא
אֶתְכֶם׀ מֵאֶרֶץ מִצְרַיִם וְהַפֹּדְךָ מִבֵּית עֲבָדִים
לְהַדִּיחֲךָ מִן־הַדֶּרֶךְ אֲשֶׁר צִוְּךָ יְהוָה׀ אֱלֹהֶיךָ לָלֶכֶת
בָּהּ וּבָעַרְתָּ הָרָע מִקִּרְבֶּךָ׃
6 * כִּי יְסִיתְךָ אָחִיךָ בֶּן־אִמֶּךָ אוֹ־בִנְךָ אוֹ־בִתְּךָ אוֹ
אֵשֶׁת חֵיקֶךָ׀ אוֹ רֵעֲךָ אֲשֶׁר כְּנַפְשְׁךָ בַּסֵּתֶר לֵאמֹר
נֵלְכָה וְנַעַבְדָה אֱלֹהִים אֲחֵרִים אֲשֶׁר לֹא יָדַעְתָּ אַתָּה׀
7 וַאֲבֹתֶיךָ׃ * מֵאלֹהֵי הָעַמִּים אֲשֶׁר סְבִיבֹתֵיכֶם
הַקְּרֹבִים אֵלֶיךָ אוֹ הָרְחֹקִים מִמְּךָ מִקְצֵה הָאָרֶץ
8 וְעַד־קְצֵה הָאָרֶץ׃ * לֹא־תֹאבֶה לוֹ וְלֹא תִשְׁמַע
אֵלָיו וְלֹא־תָחוֹס עֵינְךָ עָלָיו וְלֹא־תַחְמֹל וְלֹא־
9 תְכַסֶּה׀ עָלָיו׃ * כִּי הָרֹג תַּהַרְגֶנּוּ יָדְךָ תִּהְיֶה־בּוֹ
בָּרִאשֹׁנָה׀ לַהֲמִיתוֹ וְיַד כָּל־הָעָם בָּאַחֲרֹנָה׀׃
10 * וְסָקַלְתּוֹ בָאֲבָנִים וָמֵת כִּי בִקֵּשׁ לְהַדִּיחֲךָ מֵעַל יְהוָה
אֱלֹהֶיךָ הַמּוֹצִיאֲךָ מֵאֶרֶץ מִצְרַיִם מִבֵּית עֲבָדִים׃
11 * וְכָל־יִשְׂרָאֵל יִשְׁמְעוּ וְיִרָאוּן וְלֹא־יוֹסִפוּ לַעֲשׂוֹת
12 כַּדָּבָר הָרָע הַזֶּה׀ בְּקִרְבֶּךָ׃ * כִּי תִשְׁמַע
בְּאַחַת עָרֶיךָ אֲשֶׁר יְהוָה׀ אֱלֹהֶיךָ נֹתֵן לְךָ לָשֶׁבֶת
שָׁם לֵאמֹר׃

CAP. XIII.

1 SI surrexerit in medio tui prophetes aut qui
A somnium vidisse se dicat, & prædixerit si-
gnum atque portentum,
2 *Et euenerit quod locutus est, & dixerit ti-
bi, Eamus & sequamur Deos alienos quos
ignoras, & seruiamus eis:
3 * Non audies verba Prophetæ illius aut so-
mniatoris, quia tentat vos Dominus Deus
vester, vt palam fiat vtrum diligatis eum an
non in toto corde, & in tota anima vestra.
4 *Dominum Deum vestrum sequimini, &
ipsum timete, & mandata illius custodite, &
audite vocem eius. ipsi seruietis, & ipsi adhæ-
rebitis.
5 * Propheta autem ille aut fictor somnio-
rum interficietur, quia locutus est vt vos auer
teret à Domino Deo vestro, qui eduxit vos de
B terra Ægypti, & redemit vos de domo serui-
tutis, vt errare te faceret de via quam tibi præ-
cepit Dominus Deus tuus, & auferes malum
de medio tui.
6 * Si tibi voluerit persuadere frater tuus fi-
lius matris tuæ, aut filius tuus, vel filia, siue
vxor quæ est in sinu tuo, aut amicus quem di
ligis vt animam tuam, clàm dicens: Eamus &
seruiamus diis alienis quos ignoras tu & pa-
tres tui;
7 * Cunctarum in circuitu gentium quæ iu-
xta vel procul sunt ab initio vsque ad finem
8 terræ. * Non acquiescas ei, nec audias, ne-
que parcat ei oculus tuus vt miserearis & oc-
cultes eum.
9 * Sed statim interficies: sit primum ma-
C nus tua super eum, & post te omnis populus
10 mittat manũ. * Lapidibus obrutus necabi-
tur, quia voluit te abstrahere à Dño Deo tuo,
qui eduxit te de terra Ægypti de domo serui-
11 tutis. * Vt & omnis Israel audiens timeat,
& nequaquem vltrà faciat quippiam huius
rei simile.
12 * Si audieris in vna vrbium tuarum, quas
Dominus Deus tuus dabit tibi ad habitan-
dum, dicentes aliquos:

תרגום אונקלוס

יג

1 אֲרֵי יְקוּם בֵּינָךְ נְבִיָא אוֹ חָלֵם חֶלְמָא וְיִתֵּן לָךְ אָת אוֹ מוֹפֶת׃ 2 וְייֵתֵי אָתָא וּמוֹפְתָא דְמַלֵּיל עִמָּךְ לְמֵימָר נֵיזֵל בָּתַר טָעֲוָת עַמְמַיָא
וְלָא יְדַעְתִּינוּן וְנִפְלְחִינוּן׃ 3 לָא תְקַבֵּל לְפִתְגָמֵי נְבִיָא הַהוּא אוֹ לְחָלֵם חֶלְמָא הַהוּא אֲרֵי מְנַסֵּי יְיָ אֱלָהֲכוֹן יַתְכוֹן לְמִדַע הַאִיתֵכוֹן רַחֲמִין
קֳדָם יְיָ אֱלָהֲכוֹן בְּכֹל לִבְכוֹן וּבְכָל נַפְשְׁכוֹן׃ 4 בָּתַר דְּחַלְתָּא דַיְיָ אֱלָהֲכוֹן תְּהֲכוֹן וְיָת פִּקוּדוֹהִי תִּטְרוּן וּלְמֵימְרֵיהּ תְּקַבְּלוּן
וְקֳדָמוֹהִי תִּפְלְחוּן וְלֵדְחַלְתֵּיהּ תְּתְקָרְבוּן׃ 5 וּנְבִיָא הַהוּא אוֹ חָלֵם חֶלְמָא יִתְקְטֵל אֲרֵי מַלֵּיל סְטְיָא עַל יְיָ אֱלָהֲכוֹן דְּאַפֵּיק יַתְכוֹן
מֵאַרְעָא דְמִצְרַיִם וּפְרָקָךְ מִבֵּית עַבְדוּתָא לְאַטְעָיוּתָךְ מִן אָרְחָא דְפַקֵּדָךְ יְיָ אֱלָהָךְ לְמֵהַךְ בָּהּ וְתִפְלֵי עֲבִיד דְּבִישׁ מִבֵּינָךְ׃ 6 אֲרֵי יְמַלְכִינָךְ אֲחוּךְ בַּר אִמָּךְ אוֹ בְרָךְ אוֹ אִתַּת קְנָמָךְ אוֹ חַבְרָךְ דְּכִנַפְשָׁךְ בְּסִתְרָא לְמֵימַר נֵיזֵל וְנִפְלַח לְטַעֲוַת עַמְמַיָא דְלָא יְדַעְתָּ
אַתְּ וַאֲבָהָתָךְ׃ 7 מִטַּעֲוַת עַמְמַיָא דִי בְסַחֲרַנֵיכוֹן דְּקָרִיבִין לָךְ אוֹ דְרָחִיקִין מִנָּךְ מִסְיָפֵי אַרְעָא וְעַד סְיָפֵי אַרְעָא׃ 8 לָא תֵיבֵי לֵיהּ
וְלָא תְקַבֵּל מִינֵיהּ וְלָא תָחוּס עֵינָךְ עֲלוֹהִי וְלָא תְרַחֵם וְלָא תְכַסֵּי עֲלוֹהִי׃ 9 אֲרֵי מְקַטָּלָא תְקַטְלִינֵיהּ יְדָךְ תְּהֵי בֵיהּ בְּקַדְמֵיתָא לְמִקְטְלֵיהּ
וְיַד כָּל עַמָּא בְּאָחֳרֵיתָא׃ 10 וְתִרְגְּמִנֵיהּ בְּאַבְנַיָא וְיְמוּת אֲרֵי בָּעָא לְאַטְעָיוּתָךְ מִדְּחַלְתָּא דַיְיָ אֱלָהָךְ דְּאַפֵּקָךְ מֵאַרְעָא דְמִצְרַיִם
מִבֵּית עַבְדוּתָא׃ 11 וְכָל יִשְׂרָאֵל יִשְׁמְעוּן וְיִדְחֲלוּן וְלָא יוֹסְפוּן לְמֶעְבַּד כְּפִתְגָמָא בִּישָׁא הָדֵין בֵּינָךְ׃ 12 אֲרֵי תִשְׁמַע בַּחֲדָא מִקִּירְוָךְ
דַיְיָ אֱלָהָךְ יְהֵיב לָךְ לְמִיתַב תַּמָּן לְמֵימָר׃

CAP. XIII.

SI autem ſurrexerit in te Propheta aut ſominians 1
ſomnium, & dederit tibi ſignum vel portẽtum:
* Et euenerit ſignum vel portentum quod locu- 2
tus eſt ad te, dicens: Eamus & ſeruiamus dijs alie-
nis quos non nouiſtis:
* Non audietis ſermones Prophetæ illius vel ſo- 3
mniantis ſomnium illud, quoniam tentat Dominus
Deus veſter vos, vt ſciat, ſi diligitis Dominũ Deum
veſtrum ex toto corde veſtro, & ex tota anima
veſtra.
* Poſt Dominum Deum veſtrum ambulate, & 4
eum timete, & præcepta eius cuſtodite, & vocem
eius audietis, & ei ſeruietis, & ei adhærebitis.
* Et Propheta ille vel ſomnium ſomnians ille, 5
morietur: locutus eſt enim vt auerteret te à Domi-
no Deo tuo, qui eduxit te de terra Ægypti, qui re-
demit te de ſeruitute, vt errare faceret te de via,
quam præcepit tibi Dominus Deus tuus, vt ambu-
les in ea, & auferetis malum ex vobis ipſis.
* Si autem hortatus fuerit frater tuus ex patre 6
tuo vel ex matre tua, vel filius tuus, aut filia tua,
vel vxor tua, quæ in ſinu tuo, vel amicus tuus
æqualis animæ tuæ, clam dicens: Eamus & ſeruia-
mus dijs alienis, quos non nouiſti tu & patres tui,
* De dijs gentium quæ in circuitu veſtro, quæ 7
prope ſunt tibi, vel quæ longè à te ab extremo ter-
ræ vſque ad extremum terræ:
* Non conſenties illi, & non exaudies illum, & 8
non parcet oculus tuus ſuper eum, non miſereberis
in eo, neque occultabis eum.
* Annuntians annuntiabis pro eo, & manus 9
tua erit ſuper eum in primis vt interficiat eum,
& manus omnis populi in vltimo.
* Et lapidabunt eum in lapidibus, & morietur, 10
quoniam quæſiuit abſtrahere te à Domino Deo tuo,
qui eduxit te de terra Ægypti, de domo ſerui-
tutis.
* Et omnis Iſrael audiens timebit, & non ad- 11
dent vltra facere ſecundum verbum malum hoc in
vobis.
* Si autem audieris in vna vrbium tuarum, 12
quas Dominus Deus tuus dat tibi ad habitandum
ibi, dicentes:

ιγ'.

1 * Ἐὰν ᾖ ἀναστῇ ἐν σοὶ προφήτης ἢ ἐνυπνιαζόμενος ἐνύπνιον, καὶ δῷ σοὶ σημεῖον ἢ τέρας·

2 * καὶ ἔλθοι τὸ σημεῖον ἢ τὸ τέρας ὃ ἐλάλησε πρός σε, λέγων· πορευθῶμεν καὶ λατρεύσωμεν θεοῖς ἑτέροις οἷς οὐκ οἴδατε.

3 * οὐκ ἀκούσεσθε τῶν λόγων τοῦ προφήτου ἐκείνου ἢ τοῦ ἐνυπνιαζομένου τὸ ἐνύπνιον ἐκεῖνο, ὅτι πειράζει κύριος ὁ θεὸς ὑμῶν ὑμᾶς, τοῦ εἰδέναι, εἰ ἀγαπᾶτε κύριον τὸν θεὸν ὑμῶν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας ὑμῶν, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς ὑμῶν.

4 * ὀπίσω κυρίου τοῦ θεοῦ ὑμῶν πορεύεσθε καὶ αὐτὸν φοβεῖσθε, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ φυλάξασθε, καὶ τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσεσθε, καὶ αὐτῷ δουλεύσετε, καὶ αὐτῷ προσεθήσεσθε.

5 * καὶ ὁ προφήτης ἐκεῖνος ἢ ὁ τὸ ἐνύπνιον ἐνυπνιαζόμενος ἐκεῖνος, ἀποθανεῖται· ἐλάλησε γὰρ πλανῆσαί σε ἀπὸ κυρίου τοῦ θεοῦ σου, τοῦ ἐξαγαγόντος σε ἐκ γῆς αἰγύπτου, τοῦ λυτρωσαμένου σε ἐκ τῆς δουλείας, ἐξῶσαί σε ἐκ τῆς ὁδοῦ, ἧς ἐνετείλατό σοι κύριος ὁ θεός σου, πορεύεσθαι ἐπ' αὐτῆς· καὶ ἀφανιεῖτε τὸ πονηρὸν ἐξ ὑμῶν αὐτῶν.

6 * ἐὰν ᾖ παρακαλέσῃ ὁ ἀδελφός σου ἐκ τοῦ πατρός σου ἢ ἐκ τῆς μητρός σου, ἢ ὁ υἱός σου, ἢ ἡ θυγάτηρ σου, ἢ ἡ γυνή σου, ἢ ἐν τῷ κόλπῳ σου, ἢ ὁ φίλος σου ὁ ἴσος τῇ ψυχῇ σου, λάθρα λέγων, πορευθῶμεν καὶ λατρεύσωμεν θεοῖς ἑτέροις, οἷς οὐκ εἴδης σὺ καὶ οἱ πατέρες σου,

7 * ἀπὸ τῶν θεῶν τῶν ἐθνῶν τῶν περικύκλῳ ὑμῶν, τῶν ἐγγιζόντων σοι ἢ τῶν μακρὰν ἀπὸ σοῦ, ἀπ' ἄκρου τῆς γῆς ἕως ἄκρου τῆς γῆς. 8 * οὐ συνθελήσεις αὐτῷ, καὶ οὐκ εἰσακούσῃ αὐτοῦ, καὶ οὐ φείσεται ὁ ὀφθαλμός σου ἐπ' αὐτῷ, οὐδὲ μὴ συκοφαντήσεις αὐτόν.

9 * ἀναγγέλλων ἀναγγελεῖς περὶ αὐτοῦ, καὶ ἡ χείρ σου ἔσται ἐπ' αὐτῷ ἐν πρώτοις ἀποκτεῖναι αὐτόν, καὶ ἡ χεὶρ παντὸς τοῦ λαοῦ ἐπ' ἐσχάτῳ.

10 * καὶ λιθοβολήσουσιν αὐτὸν ἐν λίθοις, καὶ ἀποθανεῖται, ὅτι ἐζήτησεν ἀποστῆσαί σε ἀπὸ κυρίου τοῦ θεοῦ σου, τοῦ ἐξαγαγόντος σε ἐκ γῆς αἰγύπτου, ἐξ οἴκου δουλείας.

11 * καὶ πᾶς ἰσραὴλ ἀκούσας φοβηθήσεται, καὶ οὐ προσθήσουσιν ἔτι ποιῆσαι κατὰ τὸ ῥῆμα τὸ πονηρὸν τοῦτο ἐν ὑμῖν.

12 * ἐὰν ᾖ ἀκούσῃς ἐν μιᾷ τῶν πόλεών σου, ὧν κύριος ὁ θεός σου δίδωσί σοι κατοικεῖν ἐκεῖ, λεγόντων·

CHALDAICÆ PARAPHRASIS TRANSLATIO.

CAP. XIII.

QVando ſurrexerit in medio tui propheta aut ſomnians ſomnium, & dederit tibi ſignum aut portentum: 2 Et euenerit ſignum & portentum quod locutus eſt ad te, dicens: Eamus poſt idola populorum quæ ignoras, & ſeruiamus eis: 3 Non acquieſcas verbis prophetæ illius aut ſomnio ſomniatoris illius, quia tẽtat vos Dominus Deus veſter, vt cognoſcatur ſi diligitis Dominum Deum veſtrum in toto corde veſtro, & in tota anima veſtra. 4 Poſt timorem Domini Dei veſtri ambulabitis, & ipſum timebitis, & mandata eius ſeruabitis, & verbo eius obedietis, & ei ſeruietis, & timori eius adhærebitis. 5 Propheta autem ille aut ſomniator ſomnij illius occidatur, quia locutus eſt præuaricationem contra Dominum Deum veſtrum qui eduxit vos de terra Ægypti, & qui redemit te de domo ſeruitutis, vt errare te faceret à via quam præcepit tibi Dominus Deus tuus vt ambulares in ea, & auferes eum qui operatur malum de medio tui. 6 Si perſuaſerit tibi frater tuus, filius matris tuæ, aut filius tuus, aut filia tua, aut vxor fœderis tui, aut ſocius tuus qui eſt ſicut anima tua in occulto, dicens: Eamus & ſeruiamus idolis populorum quæ ignoras tu & patres tui: 7 De idolis populorum qui ſunt in circuitu veſtro qui propinqui ſunt tibi aut qui longè ſunt à te à finibus terræ, & vſque ad finem terræ: 8 Non acquieſcas ei neque obedias ei, neque parcat ei oculus tuus, nec miſerearis eius, neque occultes eum. 9 Sed occidens occides eum; manus tua ſit in eum in principio vt occidas eum, & manus totius populi poſtea.

10 Et lapidabis eum lapidibus vt moriatur, quoniam voluit abſtrahere te à timore Domini Dei tui qui eduxit te de terra Ægypti de domo ſeruitutis. 11 Et omnis Iſrael audient & timebunt, & non addent facere iuxta ſermonem hunc peſſimum in medio tui.

12 Si audieris in vna vrbium tuarum quas Dominus Deus tuus dabit tibi vt habites ibi, dicentes:

13 * יָצְאוּ אֲנָשִׁים בְּנֵי־בְלִיַּעַל מִקִּרְבֶּךָ וַיַּדִּיחוּ
אֶת־יֹשְׁבֵי עִירָם לֵאמֹר נֵלְכָה וְנַעַבְדָה אֱלֹהִים
14 אֲחֵרִים אֲשֶׁר לֹא־יְדַעְתֶּם׃ * וְדָרַשְׁתָּ וְחָקַרְתָּ
וְשָׁאַלְתָּ הֵיטֵב וְהִנֵּה אֱמֶת נָכוֹן הַדָּבָר נֶעֶשְׂתָה
15 הַתּוֹעֵבָה הַזֹּאת בְּקִרְבֶּךָ׃ * הַכֵּה תַכֶּה אֶת־יֹשְׁבֵי
הָעִיר הַהִוא לְפִי־חָרֶב הַחֲרֵם אֹתָהּ וְאֶת־כָּל־
16 אֲשֶׁר־בָּהּ וְאֶת־בְּהֶמְתָּהּ לְפִי־חָרֶב׃ * וְאֶת־כָּל־
שְׁלָלָהּ תִּקְבֹּץ אֶל־תּוֹךְ רְחֹבָהּ וְשָׂרַפְתָּ בָאֵשׁ אֶת־
הָעִיר וְאֶת־כָּל־שְׁלָלָהּ כָּלִיל לַיהוָה אֱלֹהֶיךָ וְהָיְתָה
17 תֵּל עוֹלָם לֹא תִבָּנֶה עוֹד׃ * וְלֹא־יִדְבַּק בְּיָדְךָ
מְאוּמָה מִן־הַחֵרֶם לְמַעַן יָשׁוּב יְהוָה מֵחֲרוֹן
אַפּוֹ וְנָתַן־לְךָ רַחֲמִים וְרִחַמְךָ וְהִרְבֶּךָ כַּאֲשֶׁר נִשְׁבַּע
18 לַאֲבֹתֶיךָ׃ * כִּי תִשְׁמַע בְּקוֹל יְהוָה אֱלֹהֶיךָ לִשְׁמֹר
אֶת־כָּל־מִצְוֹתָיו אֲשֶׁר אָנֹכִי מְצַוְּךָ הַיּוֹם לַעֲשׂוֹת
הַיָּשָׁר בְּעֵינֵי יְהוָה אֱלֹהֶיךָ׃

יד

1 * בָּנִים אַתֶּם לַיהוָה אֱלֹהֵיכֶם לֹא תִתְגֹּדְדוּ וְלֹא־
2 תָשִׂימוּ קָרְחָה בֵּין עֵינֵיכֶם לָמֵת׃ * כִּי עַם קָדוֹשׁ
אַתָּה לַיהוָה אֱלֹהֶיךָ וּבְךָ בָּחַר יְהוָה לִהְיוֹת לוֹ לְעַם
סְגֻלָּה מִכֹּל הָעַמִּים אֲשֶׁר עַל־פְּנֵי הָאֲדָמָה׃
3 * לֹא תֹאכַל כָּל־תּוֹעֵבָה׃ * זֹאת הַבְּהֵמָה
4 אֲשֶׁר תֹּאכֵלוּ שׁוֹר שֵׂה כְשָׂבִים וְשֵׂה עִזִּים׃
5 * אַיָּל וּצְבִי וְיַחְמוּר וְאַקּוֹ וְדִישׁוֹן וּתְאוֹ וָזָמֶר׃ * וְכָל־
6 בְּהֵמָה מַפְרֶסֶת פַּרְסָה וְשֹׁסַעַת שֶׁסַע שְׁתֵּי פְרָסוֹת
7 מַעֲלַת גֵּרָה בַּבְּהֵמָה אֹתָהּ תֹּאכֵלוּ׃ * אַךְ אֶת־זֶה
לֹא תֹאכְלוּ מִמַּעֲלֵי הַגֵּרָה וּמִמַּפְרִיסֵי הַפַּרְסָה
הַשְּׁסוּעָה אֶת־הַגָּמָל וְאֶת־הָאַרְנֶבֶת וְאֶת־הַשָּׁפָן
כִּי־מַעֲלֵה גֵרָה הֵמָּה וּפַרְסָה לֹא הִפְרִיסוּ טְמֵאִים
הֵם לָכֶם׃

13 * Egressi sunt filij Belial de medio tui, & auerterunt habitatores vrbis suæ, atque dixerunt, Eamus & seruiamus diis alienis quos ignoratis.

14 * Quære solicitè & diligenter rei veritate perspecta si inueneris certum esse quod dicitur, & abominationem hanc opere perpetratam:

15 * Statim percuties habitatores vrbis illius in ore gladij, & delebis eam, omniáque quæ in illa sunt vsque ad pecora.

16 * Quicquid etiam supellectilis fuerit, congregabis in medio platearũ eius, & cum ipsa
D ciuitate succendes, ita vt vniuersa consumas Domino Deo tuo, & sit tumulus sempiternus. Non ædificabitur amplius.

17 * Et non adhærebit de illo anathemate quicquam in manu tua, vt auertatur Dominus ab ira furoris sui, & misereatur tui, multiplicétque te sicut iurauit patribus tuis.

18 * Quando audieris vocem Domini Dei tui, custodiens omnia præcepta eius, quæ ego præcipio tibi hodie, vt facias quod placitum est in conspectu Domini Dei tui.

CAP. XIIII.

1 FIlij estote Domini Dei vestri. Non vos in- Sup. 7. a. & 26. d. Le. 11. a.
A cidetis nec facietis caluitium super mortuo.

2 * Quoniam populus sanctus es Domino Deo tuo, & te elegit vt sis ei in populum peculiarem de cunctis gentibus, quæ sunt super terram.

3 * Ne comedatis quæ immunda sunt. Le. 11. a.

4 * Hoc est animal quod comedere debetis, bouem & ouem & capram.

5 * Ceruum & capream, bubalum, tragelaphum, pygargum, orygen, camelopardum.

6 * Omne animal quod in duas partes findit vngulam & ruminat, comedetis.

7 * De his autem quæ ruminant & vngulam non findunt, hæc comedere non debetis, camelum, leporẽ, chęrogryllum, quia ruminant & non diuidunt vngulam, immunda erunt vobis.

תרגום אונקלוס

13 נְפַקוּ גֻּבְרִין בְּנֵי רִישְׁעָא מִבֵּינָךְ וְאַטְעִיו יַת יָתְבֵי קַרְתְּהוֹן לְמֵימַר נֵיהָךְ וְנִפְלַח לְטַעְוָת עַמְמַיָּא דְּלָא יְדַעְתּוּן׃
14 וְתִתְבַּע וְתִבְדּוֹק וְתִשְׁאַל יָאוּת וְהָא קֻשְׁטָא כֵּיוָן פִּתְגָמָא אִתְעֲבִידָא תּוֹעֵבְתָּא הָדָא בֵּנָךְ׃ 15 מִמְחָא תִמְחֵי יַת יָתְבֵי קַרְתָּא הַהוּא
לְפִתְגַם דְּחָרֶב גַּמַּר יָתָהּ וְיַת כָּל דְּבָהּ וְיַת בְּעִירָהּ לְפִתְגַם דְּחָרֶב׃ 16 וְיַת כָּל עֲדָאָהּ תִּכְנוֹשׁ לְגוֹ פְּתָאָהּ וְתוֹקֵיד בְּנוּרָא יַת קַרְתָּא וְיַת כָּל עֲדָאָהּ
גְמִיר קֳדָם יְיָ אֱלָהָךְ וּתְהֵי תֵּל חֲרִיב לְעָלַם לָא תִתְבְּנִי עוֹד׃ 17 וְלָא יִדְבַּק בִּידָךְ מִדַּעַם מִן חֶרְמָא בְּדִיל דִּיתוּב יְיָ מִתְקוֹף
רְגְזֵיהּ וְיִתֶּן לָךְ רַחֲמִין וִירַחֵם עֲלָךְ וְיַסְגִּינָךְ כְּמָא דְקַיֵּים לַאֲבָהָתָךְ׃ 18 אֲרֵי תְקַבֵּל בְּמֵימְרָא דַּיְיָ אֱלָהָךְ לְמִטַּר יַת כָּל
פִּקּוּדוֹהִי דַּאֲנָא מְפַקֵּד לָךְ יוֹמָא דֵין לְמֶעְבַּד דְּכָשַׁר קֳדָם יְיָ אֱלָהָךְ׃

יד

1 בְּנִין אַתּוּן קֳדָם יְיָ אֱלָהֲכוֹן לָא תִתְהַמְמוּן וְלָא תְשַׁוּוּן מְרַט בֵּין עֵינֵיכוֹן עַל מִית׃ 2 אֲרֵי עַם קַדִּישׁ אַתְּ קֳדָם יְיָ אֱלָהָךְ וּבָךְ אִתְרְעִי
יְיָ לְמֶהְוֵי לֵיהּ לְעַם חַבִּיב מִכֹּל עַמְמַיָּא דְעַל אַפֵּי אַרְעָא׃ 3 לָא תֵיכוּל כָּל דִּמְרַחַק׃ 4 דֵּין בְּעִירָא דְּתֵיכְלוּן תּוֹרִין אִמְּרִין דְּרָחְלִין
וּגְדָיִין דְּעִזִּין׃ 5 אַיְלָא וְטַבְיָא וְיַחְמוּרָא וְיַעְלָא וְרֵימָא וְתַרְבְּלָא וְדֵיצָא׃ 6 וְכָל בְּעִירָא דִסְדִיקָא פַּרְסָתָא וּמַטְלְפָא טִילְפִין תַּרְתֵּין
פַּרְסָתָא מַסְקָא פִּשְׁרָא בִּבְעִירָא יָתָהּ תֵּיכְלוּן׃ 7 בְּרַם יַת דֵּין לָא תֵּיכְלוּן מִמַּסְקֵי פִּשְׁרָא וּמִסְדִיקֵי פַּרְסָתָא מַטְלְפֵי טִלְפַיָּא יַת
גַּמְלָא וְיַת אַרְנְבָא וְיַת טַפְזָא אֲרֵי מַסְקֵי פִּשְׁרָא אִינּוּן וּפַרְסַתְהוֹן לָא סְדִיקָא מְסָאֲבִין אִינּוּן לְכוֹן׃

* *Egressi sunt viri iniqui ex vobis, & auerterunt omnes habitantes vrbem eorum, dicentes: Eamus & seruiamus dijs alienis, quos nō cognouistis.* 13

* *Et quæres et interrogabis, & scrutaberis valde, & ecce verus manifestè sermo factus est abominatio hæc in vobis.* 14

* *Occidens occides omnes habitantes in vrbe illa in nece gladij, anathemate anathematizabitis eā, et omnia quæ in ea, & omnia pecora eius in ore gladij.* 15

* *Et omnia spolia eius congregabis in transitus eius, & combures vrbem in igne, & omnia spolia eius funditus coram Domino Deo tuo, & erit inhabitabilis in æternum, non reædificabitur amplius.* 16

* *Nō adhærebit in manu tua quippiā ab anathemate, vt auertatur Dominus ab ira furoris sui, & det tibi misericordiam & misereatur tui, & multiplicet te, quemadmodum iurauit Dominus patribus tuis.* 17

* *Si audieritis vocem Domini Dei tui, vt custodiatis omnia præcepta eius, quæ ego præcipio tibi hodie, vt facias bonum & placitum coram Domino Deo tuo.* 18

CAP. XIIII.

Filij estote Domini Dei vestri, nō incidemini, non imponetis caluitium in medio oculorum vestrorum super mortuo. 1

* *Quoniam populus sanctus es Domino Deo tuo,* 2
& te elegit Dominus Deus tuus vt sis tu ei populus peculiaris de cunctis gentibus quæ super faciem terræ.

* *Non comedetis omnem abominationem.* 3

* *Hæc pecora, quæ comedetis, vitulum ex bobus,* 4
& agnum ex ouibus, & hædum ex capris.

* *Ceruum, & capream, & bubalum, & tragelaphum, & pygargum, & orygem, & camelopardalum.* 5

* *Omne animal fissam habens vngulam & vngues diuidens duarum vngularum & reducens ruminationem in animalibus, hæc comedetis.* 6

* *Et hæc non comedetis à reducentibus ruminationem, & à diuisas habentibus vngulas, & diuidentibus vngues, camelum & leporem, & chirogryllum, quoniam reducunt ruminationem, hæc & vngulam non diuidunt, immunda hæc vobis erunt.* 7

13 * ἐξῆλθον ἄνδρες υἱοὶ παράνομοι ἐξ ὑμῶν, καὶ ἀπέστησαν πάντας τοὺς κατοικοῦντας τὴν πόλιν αὐτῶν, λέγοντες, πορευθῶμεν καὶ λατρεύσωμεν θεοῖς ἑτέροις, οἷς οὐκ εἴδητε.

14 * καὶ ἐτάσεις καὶ ἐρωτήσεις, καὶ ἐξερευνήσεις σφόδρα, καὶ ἰδοὺ ἀληθὴς σαφῶς ὁ λόγος γεγένηται τὸ βδέλυγμα τοῦτο ἐν ὑμῖν.

15 * πατάξας πατάξεις πάντας τοὺς κατοικοῦντας ἐν τῇ πόλει ἐκείνῃ ἐν στόματι μαχαίρας, ἀναθέματι ἀναθεματιεῖτε αὐτήν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῇ, καὶ πάντα τὰ κτήνη αὐτῆς ἐν στόματι μαχαίρας.

16 * καὶ πάντα τὰ σκῦλα αὐτῆς συνάξεις εἰς τὰς πλατείας αὐτῆς, καὶ ἐμπρήσεις τὴν πόλιν ἐν πυρί, καὶ πάντα τὰ σκῦλα αὐτῆς πανδημεὶ ἔναντι κυρίου τοῦ θεοῦ σου, καὶ ἔσται αἰώνιον καὶ οὐκ οἰκοδομηθήσεται ἔτι.

17 * καὶ οὐ προσκολληθήσεται ἐν τῇ χειρί σου οὐδὲν ἀπὸ τοῦ ἀναθέματος, ἵνα ἀποστρέψῃ κύριος ἀπὸ τοῦ θυμοῦ τῆς ὀργῆς αὐτοῦ, καὶ δώσῃ σοι ἔλεος, καὶ ἐλεήσῃ σε, καὶ πληθυνῇ σε, ὃν τρόπον ὤμοσε κύριος τοῖς πατράσι σου.

18 * ἐὰν εἰσακούσητε τῆς φωνῆς κυρίου τοῦ θεοῦ σου, φυλάσσειν πάσας τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ἃς ἐγὼ ἐντέλλομαί σοι σήμερον, ποιεῖν τὸ καλὸν καὶ τὸ ἀρεστὸν ἔναντι κυρίου τοῦ θεοῦ σου.

ιδ΄.

1 * Υἱοὶ ἔστε κυρίου τοῦ θεοῦ ὑμῶν, οὐ κοπώσετε οὐκ ἐπιθήσετε φαλάκρωμα ἀνὰ μέσον τῶν ὀφθαλμῶν ὑμῶν ἐπὶ νεκρῷ.

2 * ὅτι λαὸς ἅγιος εἶ κυρίῳ τῷ θεῷ σου, καί σε ἐξελέξατο κύριος ὁ θεός σου γενέσθαι αὐτῷ λαὸν περιούσιον ἀπὸ πάντων τῶν ἐθνῶν τῶν ἐπὶ προσώπου τῆς γῆς. 3 * οὐ φάγεσθε πᾶν βδέλυγμα. 4 * Ταῦτα τὰ κτήνη, ἃ φάγεσθε, μόσχον ἐκ βοῶν, καὶ ἀμνὸν ἐκ προβάτων, καὶ χίμαρον ἐξ αἰγῶν.

5 * ἔλαφον, καὶ δορκάδα, καὶ βύβαλον, καὶ τραγέλαφον, καὶ πύγαργον, καὶ ὄρυγα, καὶ καμηλοπάρδαλιν.

6 * πᾶν κτῆνος διχηλοῦν ὁπλήν, καὶ ὀνυχισμὸν ὀνυχιεῖς ὀνυχίζον δύο χηλῶν, καὶ ἀνάγον μηρυκισμὸν ἐν τοῖς κτήνεσι, ταῦτα φάγεσθε.

7 * καὶ ταῦτα οὐ φάγεσθε ἀπὸ τῶν ἀναγόντων μηρυκισμόν, καὶ ἀπὸ τῶν διχηλούντων τὰς ὁπλάς, καὶ ὀνυχιζόντων ὀνυχισμόν, τὸν κάμηλον, καὶ δασύποδα, καὶ χοιρογρύλλιον, ὅτι ἀνάγουσι μηρυκισμὸν ταῦτα, καὶ ὁπλὴν οὐ διχηλοῦσιν, ἀκάθαρτα ταῦτα ὑμῖν ἔσται.

CHALDAICÆ PARAPHRASIS TRANSLATIO.

[13] Egressi sunt viri filij impietatis de medio tui, & seduxerunt habitatores vrbis suæ dicentes, Eamus & seruiamus idolis populorum quæ ignoratis. [14] Quæres & inuestigabis & interrogabis diligenter, & si verum & certum est verbum, & facta est abominatio hæc in medio tui: [15] Percutiens percuties habitatores vrbis illius, in ore gladij disperdes eam, & omnia quæ in ea sunt, & iumenta eius in ore gladij. [16] Et omnia spolia eius congregabis in medio plateæ eius, & combures igni ciuitatem & omnia spolia eius omnino coram Domino Deo tuo, & erit tumulus destructionis, & non ædificabitur vltra. [17] Et non adhærebit manui tuæ quicquam de anathemate, vt reuertatur Dominus ab ira furoris sui, & det tibi misericordiam & misereatur tui, & multiplicet te sicut iurauit patribus tuis. [18] Si obedieris verbo Domini Dei tui, vt custodias omnia præcepta eius quæ ego præcipio tibi hodie, vt facias quod rectum est coram Domino Deo tuo.

CAP. XIIII.

Filij estis vos Domini Dei vestri. Non vos incidatis neque faciatis caluitium inter oculos vestros super mortuo. [2] Quoniam populus sanctus es tu coram Domino Deo tuo, & te elegit Dominus, vt sis ei in populum dilectum præ omnibus populis, qui sunt super faciem terræ. [3] Non comedes omne quod abominabile est. [4] Hoc est animal quod comedetis, boues & agnos ouium, & hædos caprarum. [5] Ceruum & capream, bubalum, & tragelaphum, & pygargum, & orygen, & camelopardalum. [6] Omneque animal quod vngulam habet fissam, & in duas partes findit vngulam, & ruminat, in animalibus illud comedetis. [7] Veruntamen hoc non comedetis de his quæ ruminant & de his quæ fissam habent vngulam in duas partes diuisam, camelum & leporem, & cuniculum, qui ruminant & vngula eorum non est diuisa, immunda erunt vobis.

8 * וְאֶת־הַחֲזִיר כִּי־מַפְרִיס פַּרְסָה הוּא וְלֹא
גֵּרָה טָמֵא הוּא לָכֶם מִבְּשָׂרָם לֹא תֹאכֵלוּ
9 וּבְנִבְלָתָם לֹא תִגָּעוּ׃ * אֶת־זֶה תֹּאכְלוּ
מִכֹּל אֲשֶׁר בַּמָּיִם כֹּל אֲשֶׁר־לוֹ סְנַפִּיר וְקַשְׂקֶשֶׂת
10 תֹּאכֵלוּ׃ * וְכֹל אֲשֶׁר אֵין־לוֹ סְנַפִּיר וְקַשְׂקֶשֶׂת לֹא
11 תֹּאכֵלוּ טָמֵא הוּא לָכֶם׃ * כָּל־צִפּוֹר
12 טְהֹרָה תֹּאכֵלוּ׃ * וְזֶה אֲשֶׁר לֹא־תֹאכְלוּ מֵהֶם הַנֶּשֶׁר
13 וְהַפֶּרֶס וְהָעָזְנִיָּה׃ * וְהָרָאָה וְאֶת־הָאַיָּה וְהַדַּיָּה
14 לְמִינָהּ׃ * וְאֵת כָּל־עֹרֵב לְמִינוֹ׃ * וְאֵת בַּת הַיַּעֲנָה
15
16 וְאֶת־הַתַּחְמָס וְאֶת־הַשָּׁחַף וְאֶת־הַנֵּץ לְמִינֵהוּ׃ * אֶת־
17 הַכּוֹס וְאֶת־הַיַּנְשׁוּף וְהַתִּנְשֶׁמֶת׃ * וְהַקָּאַת וְאֶת־
18 הָרָחָמָה וְאֶת־הַשָּׁלָךְ׃ * וְהַחֲסִידָה וְהָאֲנָפָה לְמִינָהּ
19 וְהַדּוּכִיפַת וְהָעֲטַלֵּף׃ * וְכֹל שֶׁרֶץ הָעוֹף טָמֵא הוּא
20 לָכֶם לֹא יֵאָכֵלוּ׃ * כָּל־עוֹף טָהוֹר תֹּאכֵלוּ׃ * לֹא־
21
תֹאכְלוּ כָּל־נְבֵלָה לַגֵּר אֲשֶׁר־בִּשְׁעָרֶיךָ תִּתְּנֶנָּה
וַאֲכָלָה אוֹ מָכֹר לְנָכְרִי כִּי עַם קָדוֹשׁ אַתָּה לַיהוָה
אֱלֹהֶיךָ לֹא־תְבַשֵּׁל גְּדִי בַּחֲלֵב אִמּוֹ׃
22 * עַשֵּׂר תְּעַשֵּׂר אֵת כָּל־תְּבוּאַת זַרְעֶךָ הַיֹּצֵא הַשָּׂדֶה
23 שָׁנָה שָׁנָה׃ * וְאָכַלְתָּ לִפְנֵי יְהוָה אֱלֹהֶיךָ בַּמָּקוֹם
אֲשֶׁר־יִבְחַר לְשַׁכֵּן שְׁמוֹ שָׁם מַעֲשַׂר דְּגָנְךָ תִּירֹשְׁךָ
וְיִצְהָרֶךָ וּבְכֹרֹת בְּקָרְךָ וְצֹאנֶךָ לְמַעַן תִּלְמַד לְיִרְאָה
24 אֶת־יְהוָה אֱלֹהֶיךָ כָּל־הַיָּמִים׃ * וְכִי־יִרְבֶּה מִמְּךָ
הַדֶּרֶךְ כִּי לֹא תוּכַל שְׂאֵתוֹ כִּי־יִרְחַק מִמְּךָ הַמָּקוֹם
אֲשֶׁר יִבְחַר יְהוָה אֱלֹהֶיךָ לָשׂוּם שְׁמוֹ שָׁם כִּי
25 יְבָרֶכְךָ יְהוָה אֱלֹהֶיךָ׃ * וְנָתַתָּה בַכֶּסֶף וְצַרְתָּ הַכֶּסֶף
בְּיָדֶךָ וְהָלַכְתָּ אֶל־הַמָּקוֹם אֲשֶׁר יִבְחַר יְהוָה
26 אֱלֹהֶיךָ בּוֹ׃ * וְנָתַתָּה הַכֶּסֶף בְּכֹל אֲשֶׁר־תְּאַוֶּה
נַפְשְׁךָ בַּבָּקָר וּבַצֹּאן וּבַיַּיִן וּבַשֵּׁכָר וּבְכֹל אֲשֶׁר תִּשְׁאָלְךָ
נַפְשֶׁךָ וְאָכַלְתָּ שָׁם לִפְנֵי יְהוָה אֱלֹהֶיךָ וְשָׂמַחְתָּ אַתָּה
וּבֵיתֶיךָ׃

8 * Sus quoq; quoniam diuidit vngulam &
non ruminat, immũda erit. Carnibus eorum
B non vescemini, & cadauera non tangetis.
9 * Hæc comedetis ex omnibus quæ moran-
10 tur in aquis. * Quæ habent pennulas &
squamas comedite: quæ absque pennulis &
squamis sunt, ne comedatis, quia immunda
11 sunt. * Omnes aues mundas comedite.
12 * Immundas ne comedatis, aquilam scili-
cet & gryphen & haliæetum.
13 * Ixion & vulturẽ ac miluum iuxta genus
14 suum. * Et omne coruini generis:
15 * Et struthionem ac noctuam, & larum at-
que accipitrem iuxta genus suum.
16 * Herodium ac cygnum & ibin; * Ac
17 mergulum, porphyrionem, & nycticoracem.
18 * Onocrotalum & charadrium singula in
genere suo, vpupam quoq; & vespertilionem.
19 * Et omne quod reptat & pennulas habet,
immundum erit & non comedetur.
20 * Omne quod mundum est comedite.
21 * Quicquid autem morticinium est, ne ve-
scamini ex eo. Peregrino qui intra portas tuas
C est, da vt comedat aut vende ei, quia tu popu-
lus sanctus Domini Dei tui es: Non coques Exo. 23. c et 34. d
22 hædum in lacte matris suæ. * Decimam par-
tem separabis de cũctis fructibus tuis, qui na-
scuntur in terra per annos singulos.
23 * Et comedes in conspectu Dñi Dei tui in
loco quem elegerit, vt in eo nomen illius in-
uocetur, decimã frumenti tui, & vini, & olei,
& primogenita de armentis, & ouibus tuis, vt
discas timere Dñm Deum tuũ in omni tem-
24 pore. * Cùm autẽ longior fuerit via & locus
D quem elegerit Dñs Deus tuus, tibíq; benedi-
xerit, nec poteris ad eum hæc cuncta portare:
25 * Vendes omnia & in preciũ rediges, porta-
bísq; manu tua, & proficisceris ad locũ quem
elegerit Dominus Deus tuus.
26 * Et emes ex eadem pecunia quicquid tibi
placuerit siue ex armentis, siue ex ouibus, vi-
num quoque & siceram & omne quod desi-
derat anima tua, & comedes coram Domino
Deo tuo, & epulaberis tu & domus tua.

תרגום אונקלוס

8 וְיַת חֲזִירָא אֲרֵי סְדִיק פַּרְסָתָא הוּא וְלָא פְּשַׁר מְסָאַב הוּא לְכוֹן מִבִּשְׂרְהוֹן לָא תֵיכְלוּן וּבְנִבְלַתְהוֹן לָא תִקְרְבוּן׃ 9 יַת דֵּין
תֵּיכְלוּן מִכֹּל דִּי בְּמַיָּא כָּל דְּלֵיהּ צִיצִין וְקַלְפִּין תֵּיכְלוּן׃ 10 וְכָל דְּלֵית לֵיהּ צִיצִין וְקַלְפִּין לָא תֵיכְלוּן מְסָאַב הוּא לְכוֹן׃ 11 כָּל צִיפַּר
דְּכֵי תֵיכְלוּן׃ 12 וְדֵין דְּלָא תֵיכְלוּן מִנְּהוֹן נִשְׁרָא וְעָר וְעַזְיָא׃ 13 וּבַת כַּנְפָא וְטַרְפִיתָא וְדַיְתָא לִזְנֵהּ׃ 14 וְיַת כָּל עוּרְבָא לִזְנֵיהּ׃ 15 וְיַת בַּת
נַעֲמִיתָא וְצִיצָא וְצִיפַּר שַׁחְפָא וְנָצָא לִזְנוֹהִי׃ 16 יַת קַדְיָא וְקִיפּוֹפָא וּבוֹתָא׃ 17 וְקָתָא וִירַקְרֵקָא וְשָׁלֵינוּנָא׃ 18 וְחַוָּרִיתָא וְאִבּוּ
לִזְנֵהּ וְנַגַּר טוּרָא וַעֲטַלֵּפָא׃ 19 וְכֹל רֶחְשָׁא דְעוֹפָא מְסָאַב הוּא לְכוֹן לָא יִתְאַכְלוּן׃ 20 כָּל עוֹף דְּכֵי תֵיכְלוּן׃ 21 לָא תֵיכְלוּן
כָּל נְבֵלָה לְתוֹתָב עֲרַל דִּי בְקִרְוָךְ תִּתְּנִינָהּ וְיֵכְלִינָהּ אוֹ תִזְבְּנִינָהּ לְבַר עַמְמִין אֲרֵי עַם קַדִּישׁ אַתְּ קֳדָם יְיָ אֱלָהָךְ לָא תֵיכוּל בְּשַׂר בַּחֲלָב׃
22 עַשָּׂרָא תְעַשֵּׂר יַת כָּל עַלְלַת זַרְעָךְ דְּיִפּוֹק לְחַקְלָא שַׁתָּא שַׁתָּא׃ 23 וְתֵיכוּל קֳדָם יְיָ אֱלָהָךְ בְּאַתְרָא דְיִתְרְעִי לְאַשְׁרָאָה
שְׁכִינְתֵּיהּ תַּמָּן מַעְשַׂר עִיבּוּרָךְ חַמְרָךְ וּמִשְׁחָךְ וּבְכוֹרֵי תוֹרָךְ וְעָנָךְ בְּדִיל דְּתֵילַף לְמִדְחַל קֳדָם יְיָ אֱלָהָךְ כָּל יוֹמַיָּא׃ 24 וַאֲרֵי יִסְגֵּי
מִינָךְ אוֹרְחָא אֲרֵי לָא תֵיכוּל לְמִטְּלֵיהּ אֲרֵי יִתְרַחֵק מִנָּךְ אַתְרָא דְיִתְרְעִי יְיָ אֱלָהָךְ לְאַשְׁרָאָה שְׁכִינְתֵּיהּ תַּמָּן אֲרֵי יְבָרְכִינָךְ יְיָ אֱלָהָךְ׃
25 וְתִתֵּן בְּכַסְפָּא וּתְצוּר כַּסְפָּא בִּידָךְ וּתְהָךְ לְאַתְרָא דְיִתְרְעִי יְיָ אֱלָהָךְ בֵּיהּ׃
26 וְתִתֵּן כַּסְפָּא בְּכֹל דְּיִתְרְעִי נַפְשָׁךְ בְּתוֹרֵי וּבְעָנָא וּבַחֲמַר חֲדַת וְעַתִּיק וּבְכֹל דְּתִשְׁאֲלִינָךְ נַפְשָׁךְ וְתֵיכוּל תַּמָּן קֳדָם יְיָ אֱלָהָךְ וְתַחְדֵּי
אַתְּ וְאֱנַשׁ בֵּיתָךְ׃

8 * Et ſuem, quia diuidit vngulam hoc, & diuidit vngues vngulæ, & hoc rumination̄e non ruminat, immundum hoc vobis, de carnibus eorum non comedetis, & cadauera eorum non tangetis.

9 * Et hæc comedetis de omnibus quæ in aquis.

10 * Omnia quæcunq; ſunt ipſis pennulæ & ſquamæ, comedetis, & omnia quæcunque non ſunt ipſis pennulæ neque ſquamæ, non comedetis, immunda hæc erunt vobis.

11 * Omnem auem mundam comedetis.

12 * Et hæc non comedetis de illis, aquilam, & gryphem, & haliæetū, 13 * & vulturē, & miluum, & ſimilia illi. 14 * Et omne coruini generis, & ſimilia illi. 15 * Et ſtruthionem, & noctuam, & larum, & accipitrem, & ſimilia illi.

16 * Et herodionem, & cygnum, & ibin, 17 * Et mergulum, & porphyrionem, & nyctcoracem.

18 * Et pelicanum, & chaladrium, & ſimilia illi, & vpupam, & veſpertilionem.

19 * Et omnia reptilia volatiliū immunda hæc erunt vobis, non comedetis de ipſis: omne volatile mundum comedetis.

20 * Et omne morticinium non comedetis; peregrino qui in vrbibus tuis, dabitur, & comedet, vel vendes alienigenæ, quoniam populus ſanctus es Domino Deo tuo, nō coques agnum in lacte matris ſuæ.

21 * Decimam decimabis omnis frugis ſeminis tui, fructū agri tui annum in annum.

22 * Et comedes illum coram Domino Deo tuo in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, vt inuocetur nomen eius, illuc feres decimas frumenti tui, et vini tui, & olei tui, & primogenita boum tuorum, & ouium tuarum, vt diſcas timere Dominum Deum tuum omnibus diebus.

23 * Si autē longè fuerit via à te, & non potueris referre ea, quoniam longè à te locus, quem elegerit Dominus Deus tuus, vt inuocetur nomen eius illic, quoniam benedixit tibi Dominus Deus tuus.

24 * Et vendes ea argento, & accipies argentum in manibus tuis, & proficiſceris in locum, quem elegerit Dominus Deus tuus eum.

25 * Et dabis argentum in omni quod deſiderauerit anima tua, in bobus vel in ouibus, vel in vino, vel in ſicera, vel in omni quod deſiderauerit anima tua, & comedes illic coram Domino Deo tuo, & lætaberis tu & domus tua.

8 * καὶ τὸν ὗν, ὅτι διχηλεῖ ὁπλὴν τοῦτο, καὶ ὀνυχίζει ὄνυχας ὁπλῆς, καὶ τοῦτο μηρυκισμὸν οὐ μηρυκᾶται, ἀκάθαρτον τοῦτο ὑμῖν, ἀπὸ τῶν κρεῶν αὐτῶν οὐ φάγεσθε, καὶ τῶν θνησιμαίων αὐτῶν οὐκ ἅψεσθε. 9 * καὶ ταῦτα φάγεσθε ἀπὸ πάντων ὧν ἐν τοῖς ὕδασι. 10 * πάντα ὅσα ἐστὶν αὐτοῖς πτερύγια καὶ λεπίδες, φάγεσθε· καὶ πάντα ὅσα οὐκ ἔστιν αὐτοῖς πτερύγια οὐδὲ λεπίδες, οὐ φάγεσθε, ἀκάθαρτα ταῦτα ἔσται ὑμῖν.

11 * πᾶν ὄρνεον καθαρὸν φάγεσθε. 12 * καὶ ταῦτα οὐ φάγεσθε ἀπ' αὐτῶν, τὸν ἀετόν, καὶ τὸν γρύπα, καὶ τὸν ἁλιαίετον.

13 * καὶ τὸν γύπα, καὶ τὸν ἰκτῖνα, καὶ τὰ ὅμοια αὐτῷ.

14 * καὶ πᾶν τὰ κόρακα, καὶ τὰ ὅμοια αὐτῷ.

15 * καὶ στρουθόν, καὶ γλαῦκα, καὶ λάρον, καὶ ἱέρακα, καὶ τὰ ὅμοια 16 αὐτῷ. * καὶ ἀρωδιόν, καὶ κύκνον, καὶ ἶβιν·

17 * καὶ καταρράκτην, καὶ πορφυρίωνα, καὶ νυκτικόρακα.

18 * καὶ πελεκᾶνα, καὶ χαλάδριον, καὶ τὰ ὅμοια αὐτῷ, καὶ ἔποπα, 19 καὶ νυκτερίδα. * καὶ πάντα τὰ ἑρπετὰ τῶν πετεινῶν ἀκάθαρτα ταῦτα ἔσται ὑμῖν, οὐ φάγεσθε ἀπ' αὐτῶν· πᾶν πε-
20 τεινὸν καθαρὸν φάγεσθε. * καὶ πᾶν θνησιμαῖον οὐ φάγεσθε· τῷ παροίκῳ τῷ ἐν ταῖς πόλεσί σου, δοθήσ(ε)ται, καὶ φάγε)ται, ἢ ἀποδώσῃ τῷ ἀλλοτρίῳ, ὅτι λαὸς ἅγιος εἶ κυρίῳ τῷ θεῷ σου· οὐκ ἑψήσεις ἄρνα ἐν γάλακτι μητρὸς αὐτοῦ.

21 * δεκάτην ἀποδεκατώσεις πάντας γενήματος σπέρματός σου, τὸ γένημα τοῦ ἀγροῦ σου ἐνιαυτὸν κατ' ἐνιαυτόν.

22 * καὶ φαγῇ αὐτὸ ἔναντι κυρίου τοῦ θεοῦ σου ἐν τῷ τόπῳ ᾧ ἂν ἐκλέξῃ) κύριος ὁ θεός σου, ἐπικληθῆναι τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ἐκεῖ οἴσεις τὰ ἐπιδέκατα τοῦ σίτου σου, καὶ τοῦ οἴνου σου, καὶ τοῦ ἐλαίου σου, καὶ τὰ πρωτότοκα τῶν βοῶν σου, καὶ τῶν προβάτων σου, ἵνα μάθῃς φοβεῖσθαι κύριον τὸν θεόν σου πάσας τὰς ἡμέρας.

23 * ἐὰν δὲ μακρὰν γένη) ἡ ὁδὸς ἀπὸ σοῦ, καὶ μὴ δυνῇ διαφέρειν αὐτά, ὅτι μακρὰν ἀπὸ σοῦ ὁ τόπος, ὃν ἂν ἐκλέξῃ) κύριος ὁ θεός σου, ἐπικληθῆναι τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐκεῖ, ὅτι εὐλόγησέ σε κύριος ὁ θεός σου.

24 * καὶ ἀποδώσῃ αὐτὰ ἀργυρίου, καὶ λήψῃ τὸ ἀργύριον ἐν ταῖς χερσί σου, καὶ πορεύσῃ εἰς τὸν τόπον, ὃν ἂν ἐκλέξηται κύριος ὁ θεός σου αὐτόν. 25 * καὶ δώσεις τὸ ἀργύριον ἐπὶ παντὸς ὅ ἂν ἐπιθυμῇ ἡ ψυχή σου, ἐπὶ βουσὶν ἢ ἐπὶ προβάτοις, ἢ ἐπὶ οἴνῳ, ἢ ἐπὶ σικέρᾳ, ἢ ἐπὶ πάντας ὅ ἂν ἐπιθυμῇ ἡ ψυχή σου, καὶ φαγῇ ἐκεῖ ἐναντι κυρίου τοῦ θεοῦ σου, καὶ εὐφρανθήσῃ σὺ καὶ ὁ οἶκός σου.

CHALDAICÆ PARAPHRASIS TRANSLATIO.

[8] Et ſus qui habet vngulam diuiſam & non ruminat, immundus erit vobis: de carnibus eorum non comedetis, & cadauera eorū non tangetis. [9] Hæc autem comedetis de omnibus quæ ſunt in aquis, omne quod habet pennulas & ſquamas comedetis. [10] Et omne quod non habet pennulas & ſquamas, non comedetis, immundum erit vobis. [11] Omnem auem mundam comedetis. [12] Et hæc non comedetis ex eis, aquilam & gryphum, & haliæetum, [13] Et ixon, & vulturem, & miluum in genere ſuo. [14] Et omnem coruum iuxta genus ſuum, [15] Et ſtruthionem, & noctuam, & larum, & accipitrem iuxta genus ſuum. [16] Herodium & cygnum, & ibin, [17] Et mergulum, & porphyrionem, & nyctcoracem, [18] Et onocrotalum, & charadrium iuxta genus ſuum, & vpupam, & veſpertilionem, [19] Et omne reptile auium immundum erit vobis & non comedetur. Omnem volucrem mundum comedetis.

[20] Non comedetis omne morticinium: peregrino qui eſt intra portas tuas dabis illud & comedet illud; aut vendes extraneo, quia populus ſanctus es tu coram Domino Deo tuo: Non comedetis carnem cum lacte. [21] Decimans decimabis omnes fructus terræ tuæ quos profert ager per ſingulos annos. [22] Et comedes coram Domino Deo tuo in loco quem elegerit vt collocet ibi maieſtatem ſuam, illuc afferes decimas frumenti tui, & vini tui, & olei tui, & primogenita boum tuorum, & ouium tuarum, vt diſcas timere coram Domino Deo tuo omnibus diebus. [23] Et quando longior fuerit via, & non poteris portare illa, quoniam longè eſt à te locus quem elegit Dominus Deus tuus, vt collocet ibi maieſtatem ſuam, quoniam benedicet tibi Dominus Deus tuus. [24] Vendes ea argento, & ligabis argentum in manu tua, & ibis ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus. [25] Et dabis argentum pro omnibus quæ voluerit anima tua, pro bobus & ouibus, & pro vino nouo & veteri, & pro omnibus quæ petierit anima tua, & comedes ibi coram Domino Deo tuo, & lætaberis tu & viri domus tuæ.

27 * וְהַלֵּוִי אֲשֶׁר־בִּשְׁעָרֶיךָ לֹא תַעַזְבֶנּוּ כִּי אֵין לוֹ חֵלֶק
28 וְנַחֲלָה עִמָּךְ׃ * מִקְצֵה שָׁלֹשׁ שָׁנִים תּוֹצִיא אֶת־
כָּל־מַעְשַׂר תְּבוּאָתְךָ בַּשָּׁנָה הַהִוא וְהִנַּחְתָּ בִּשְׁעָרֶיךָ׃
29 * וּבָא הַלֵּוִי כִּי אֵין־לוֹ חֵלֶק וְנַחֲלָה עִמָּךְ וְהַגֵּר
וְהַיָּתוֹם וְהָאַלְמָנָה אֲשֶׁר בִּשְׁעָרֶיךָ וְאָכְלוּ וְשָׂבֵעוּ
לְמַעַן יְבָרֶכְךָ יְהוָה אֱלֹהֶיךָ בְּכָל־מַעֲשֵׂה יָדְךָ אֲשֶׁר
תַּעֲשֶׂה׃

טו

1 * מִקֵּץ שֶׁבַע־שָׁנִים תַּעֲשֶׂה שְׁמִטָּה׃
2 * וְזֶה דְּבַר הַשְּׁמִטָּה שָׁמוֹט כָּל־בַּעַל מַשֵּׁה יָדוֹ אֲשֶׁר
יַשֶּׁה בְּרֵעֵהוּ לֹא־יִגֹּשׁ אֶת־רֵעֵהוּ וְאֶת־אָחִיו כִּי־
3 קָרָא שְׁמִטָּה לַיהוָה׃ * אֶת־הַנָּכְרִי תִּגֹּשׁ וַאֲשֶׁר יִהְיֶה
4 לְךָ אֶת־אָחִיךָ תַּשְׁמֵט יָדֶךָ׃ * אֶפֶס כִּי לֹא־יִהְיֶה בְךָ
אֶבְיוֹן כִּי־בָרֵךְ יְבָרֶכְךָ יְהוָה בָּאָרֶץ אֲשֶׁר יְהוָה
5 אֱלֹהֶיךָ נֹתֵן־לְךָ נַחֲלָה לְרִשְׁתָּהּ׃ * רַק אִם־שָׁמוֹעַ
תִּשְׁמַע בְּקוֹל יְהוָה אֱלֹהֶיךָ לִשְׁמֹר לַעֲשׂוֹת אֶת־
כָּל־הַמִּצְוָה הַזֹּאת אֲשֶׁר אָנֹכִי מְצַוְּךָ הַיּוֹם׃
6 * כִּי־יְהוָה אֱלֹהֶיךָ בֵּרַכְךָ כַּאֲשֶׁר דִּבֶּר־לָךְ וְהַעֲבַטְתָּ
גּוֹיִם רַבִּים וְאַתָּה לֹא תַעֲבֹט וּמָשַׁלְתָּ בְּגוֹיִם רַבִּים
7 וּבְךָ לֹא יִמְשֹׁלוּ׃ * כִּי־יִהְיֶה בְךָ אֶבְיוֹן
מֵאַחַד אַחֶיךָ בְּאַחַד שְׁעָרֶיךָ בְּאַרְצְךָ אֲשֶׁר־יְהוָה
אֱלֹהֶיךָ נֹתֵן לָךְ לֹא תְאַמֵּץ אֶת־לְבָבְךָ וְלֹא תִקְפֹּץ
8 אֶת־יָדְךָ מֵאָחִיךָ הָאֶבְיוֹן׃ * כִּי־פָתֹחַ תִּפְתַּח אֶת־
יָדְךָ לוֹ וְהַעֲבֵט תַּעֲבִיטֶנּוּ דֵּי מַחְסֹרוֹ אֲשֶׁר יֶחְסַר לוֹ׃
9 * הִשָּׁמֶר לְךָ פֶּן־יִהְיֶה דָבָר עִם־לְבָבְךָ בְּלִיַּעַל לֵאמֹר
קָרְבָה שְׁנַת־הַשֶּׁבַע שְׁנַת הַשְּׁמִטָּה וְרָעָה עֵינְךָ
בְּאָחִיךָ הָאֶבְיוֹן וְלֹא תִתֵּן לוֹ וְקָרָא עָלֶיךָ אֶל־יְהוָה
10 וְהָיָה בְךָ חֵטְא׃ * נָתוֹן תִּתֵּן לוֹ וְלֹא־יֵרַע לְבָבְךָ
בְּתִתְּךָ לוֹ כִּי בִגְלַל הַדָּבָר הַזֶּה יְבָרֶכְךָ יְהוָה אֱלֹהֶיךָ
בְּכָל־מַעֲשֶׂךָ וּבְכֹל מִשְׁלַח יָדֶךָ׃

27 * Et Leuita qui intra portas tuas est. caue
ne derelinquas eum, quia non habet aliam
28 partē in possessione tua. * Anno tertio sepa
rabis aliam decimā ex omnibus quæ nascun-
tur tibi eo tempore, & repones intra ianuas
29 tuas. * Veniétq; Leuites qui aliam non ha-
bet partem nec possessionem tecum, & pere-
grinus ac pupillus, & vidua qui intra portas
tuas sunt, & comedent & saturabuntur, vt be
nedicat tibi Dñs Deus tuus in cunctis operi-
bus manuum tuarum quæ feceris.

CAP. XV.

1 SEptimo anno facies remissionem, *Quæ
2 hoc ordine celebrabitur. Cui debetur ali-
A quid ab amico vel proximo ac fratre suo, re-
petere non poterit, quia annus remissionis est
3 Dñi. *A peregrino & aduena exiges, ciuem
& propinquum repetendi non habebis pote-
4 statem. * Et omnino indigens & mendicus
nō erit inter vos vt benedicat tibi Dñs Deus
tuus in terra quam traditurus est tibi in pos-
5 sessionem. * Si tamen audieris vocem Do-
mini Dei tui, & custodieris vniuersa quæ ius-
sit, & quæ ego hodie præcipio tibi,
6 *Benedicet tibi vt pollicitus est. Fœnerabis
gentibus multis, & ipse à nullo accipies mu-
tuum. Dominaberis nationibus plurimis, &
tui nemo dominabitur.
7 *Si vnus de fratribus tuis qui morātur intra
portas ciuitatis tuæ in terra quam Dñs Deus
B tuus daturus est tibi, ad paupertatem deue-
nerit, non obdurabis cor tuum, nec contrahes
8 manum. * Sed aperies eam pauperi & dabis
mutuum quo eum indigere perspexeris.
9 *Caue ne fortè subrepat tibi impia cogita-
tio, & dicas in corde tuo, Appropinquat septi
mus annus remissionis, & auertas oculos tuos
à paupere fratre tuo, nolens ei quod postulat
mutuum commodare, ne clamet contra te
ad Dominum, & fiat tibi in peccatum.
10 * Sed dabis ei: nec ages quippiam callidè
in eius necessitatibus subleuandis, vt benedi-
cat tibi Dominus Deus tuus in omni opere
& in cunctis ad quæ manum miseris.

תרגום אונקלוס

27 וְלֵיוָאָה דִּי בְּקִרְוָךְ לָא תִשְׁבְּקִינֵהּ אֲרֵי לֵית לֵיהּ חוּלָק וְאַחְסָנָא עִמָּךְ׃ 28 מִסּוֹף תְּלָת שְׁנִין תַּפֵּיק יַת כָּל מַעְשַׂר עַלַּלְתָּךְ בְּשַׁתָּא הַהִיא
וְתַצְנַע בְּקִרְוָךְ׃ 29 וְיֵיתֵי לֵיוָאָה אֲרֵי לֵית לֵיהּ חוּלָק וְאַחְסָנָא עִמָּךְ וְגִיּוֹרָא וְיַתְמָא וְאַרְמֶלְתָּא דִּי בְּקִרְוָךְ וְיֵכְלוּן וְיִשְׂבְּעוּן בְּדִיל דִּיבָרְכִינָךְ
יְיָי אֱלָהָךְ בְּכָל עוֹבָדֵי יְדָךְ דְּתַעְבֵּיד׃

טו

1 מִסּוֹף שְׁבַע שְׁנִין תַּעְבֵּיד שְׁמִיטְתָּא׃ 2 וְדֵין פִּתְגַם שְׁמִיטְתָּא דְּיַשְׁמֵט כָּל גְּבַר מָרֵי רְשׁוּ דְּיִרְשֵׁי בְּחַבְרֵיהּ לָא יִתְבַּע
מִן חַבְרֵיהּ וּמִן אַחוֹהִי אֲרֵי קְרָא שְׁמִיטְתָּא קֳדָם יְיָי׃ 3 מִן בַּר עַמְמִין תִּתְבַּע וְדִיהֵי לָךְ עִם אַחוּךְ תַּשְׁמֵט יְדָךְ׃ 4 לְחוֹד אֲרֵי לָא יְהֵי
בָךְ מִסְכֵּינָא אֲרֵי בָרָכָא יְבָרְכִינָךְ יְיָי בְּאַרְעָא דַּיְיָי אֱלָהָךְ יָהֵיב לָךְ אַחְסָנָא לְמֵירְתָהּ׃ 5 לְחוֹד אִם קַבָּלָא תְּקַבֵּל בְּמֵימְרָא דַּיְיָי אֱלָהָךְ לְמִטַּר
לְמֶעְבַּד יַת כָּל תַּפְקֵידְתָּא הָדָא דַּאֲנָא מְפַקֵּיד לָךְ יוֹמָא דֵין׃ 6 אֲרֵי יְיָי אֱלָהָךְ בָּרְכָךְ כְּמָא דְּמַלֵּיל לָךְ וְתוֹזֵיף לְעַמְמִין סַגִּיאִין וְאַתְּ לָא
חֵזוּף וְתִשְׁלוֹט בְּעַמְמִין סַגִּיאִין וּבָךְ לָא יִשְׁלְטוּן׃ 7 אֲרֵי יְהֵי בָךְ מִסְכֵּינָא מֵחֲדָא מֵאַחָךְ בַּחֲדָא מִן קִרְוָךְ בְּאַרְעָךְ דַּיְיָי אֱלָהָךְ יָהֵיב לָךְ
לָא תַתְקֵיף יַת לִבָּךְ וְלָא תִקְמוֹט יַת יְדָךְ מֵאַחוּךְ מִסְכֵּינָא׃ 8 אֱלָהֵין מִפְתַּח תִּפְתַּח יַת יְדָךְ לֵיהּ וְאוֹזָפָא תוֹזְפִינֵיהּ כְּמִיסַת חֻסְרָנֵיהּ
דְּיֶחְסַר לֵיהּ׃ 9 אִסְתַּמַּר לָךְ דִּילְמָא יְהֵי פִּתְגַם עִם לִבָּךְ בִּרְשַׁע לְמֵימַר קְרֵיבַת שְׁנַת שְׁבִיעֵיתָא שַׁתָּא דִּשְׁמִיטְתָּא וְתַבְאֵישׁ עֵינָךְ
בְּאַחוּךְ מִסְכֵּינָא וְלָא תִתֵּן לֵיהּ וְיִקְרֵי עֲלָךְ קֳדָם יְיָי וִיהֵי בָךְ חוֹבָא׃ 10 מִנְתַּן תִּתֵּן לֵיהּ וְלָא יַבְאֵישׁ לִבָּךְ בְּמִתְּנָךְ לֵיהּ אֲרֵי בְּדִיל פִּתְגָמָא
הָדֵין יְבָרְכִינָךְ יְיָי אֱלָהָךְ בְּכָל עוֹבָדָךְ וּבְכֹל אוֹשָׁטוּת יְדָךְ׃

Et Leuita qui in vrbibus tuis, non derelinques eum, quoniam non eſt illi pars neq; poſſeſſio tecum. 27

Poſt tres annos educes omnem decimam fructuum tuorũ, in anno illo pones illã in vrbibus tuis. 28

Et veniet Leuita, quoniam non eſt illi pars neque poſſeſſio tecum: & peregrinus, & pupillus, & vidua quæ in vrbibus tuis, & comedent & ſaturabuntur, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in cunctis operibus manuum tuarum quæ feceris. 29

CAP. XV.

PEr ſeptem annos facies remiſſionem; 1

Et ſic ordo remiſſionis: Remittes omne debitum proprium, quod debet tibi proximus, & à fratre tuo non repetes, quoniam cognominata eſt remiſſio Domini Dei tui. 2

Ab alieno exiges quæcunque fuerint tibi apud eum: fratri tuo remiſſionem facies debiti tui. 3

Quoniam nõ erit in te egenus, quoniam benedicens benedicet tibi Dominus Deus tuus in terra, quam Dominus Deus tuus dat tibi in poſſeſſionem ad poſſidendum eam. 4

Si autem auditu audieritis vocem Domini Dei veſtri, vt cuſtodiatis & faciatis omnia mandata hæc, quæ ego præcipio tibi hodie. 5

Quoniam Dominus Deus tuus benedixit tibi quemadmodũ locutus eſt tibi, & fœnerabis gentibus multis, tu verò non accipies mutuum, & dominaberis tu nationibus multis, tui autem nõ dominabuntur. 6

Si autẽ fuerit in te egenus ex fratribus tuis in vna vrbiũ tuarum in terra, quam Dñs Deus tuus dat tibi, non auertes cor tuum, neq; contrahes manum tuam à fratre tuo indigente. 7

Aperiens aperies manus tuas ei, mutuum mutuabis ei, quantũ rogauerit, & ſecundum quod indiguerit. 8

Caue tibi ne fortè fiat verbum occultũ, in corde tuo, iniquitas, dicens: Appropinquat annus ſeptimus, annus remiſſionis, & iniquus ſit oculus tuus fratri tuo indigenti, et non des ei, & clamabit contra te ad Dominum, & erit in te peccatum magnum. 9

Diſtribuens dabis ei, & mutuum mutuabis ei, quodcunq; rogauerit te, & nõ triſtaberis corde tuo dante te illi, quoniam propter verbũ hoc benedicet tibi Dominus Deus tuus in cunctis operibus tuis, & in cunctis vbi miſeris manum tuam. 10

27 καὶ ὁ λευίτης ὁ ἐν ταῖς πόλεσί σου, ὃ καταλείψεις αὐτὸν, ὅτι οὐκ ἔστιν αὐτῷ μερὶς οὐδὲ κληρος μετὰ σοῦ.

28 τὰ τέλη ἔτη ἐξοίσεις πᾶν τὸ ἐπιδέκατον τῶν γενημάτων σου; ἐν τῷ ἐνιαυτῷ ἐκείνῳ θήσεις αὐτὸ ἐν ταῖς πόλεσί σου.

29 καὶ ἐλεύ(ε)ται ὁ λευίτης, ὅτι οὐκ ἔστιν αὐτῷ μερὶς οὐδὲ κλῆρος μετὰ σοῦ, καὶ ὁ προσήλυτος, καὶ ὁ ὀρφανὸς, καὶ ἡ χήρα ἡ ἐν ταῖς πόλεσί σου, καὶ φάγον(ται) καὶ ἐμπλησθήσον(ται), ἵνα εὐλογήσῃ σε κύριος ὁ θεός σου ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν σου οἷς ἂν ποιῇς. ιέ.

1 Διὰ ἑπτὰ ἐτῶν ποιήσεις ἄφεσιν, καὶ οὕτως τὸ πρόσταγμα

2 τῆς ἀφέσεως· ἀφήσεις πᾶν χρέος ἴδιον, ὃ ὀφείλει σοι ὁ πλησίον, καὶ τὸν ἀδελφόν σου οὐκ ἀπαιτήσεις, ὅτι ἐπικέκληται ἄφεσις κυρίῳ τοῦ θεοῦ σου.

3 τὸν ἀλλότριον ἀπαιτήσεις, ὅσα ἐάν σοι ᾖ παρ' αὐτῷ, τὸ δὲ ἀδελφῷ σου ἄφεσιν ποιήσεις τοῦ χρέους σου.

4 ὅτι οὐκ ἔσται ἐν σοὶ ἐνδεής, ὅτι εὐλογῶν εὐλογήσει σε κύριος ὁ θεός σου ἐν τῇ γῇ, ᾗ κύριος ὁ θεός σου δίδωσί σοι ἐν κλήρῳ κατακληρονομῆσαι αὐτήν.

5 ἐὰν δὲ ἀκοῇ ἀκούσητε τῆς φωνῆς κυρίου τοῦ θεοῦ ὑμῶν, φυλάσσειν καὶ ποιεῖν πάσας τὰς ἐντολὰς ταύτας, ἃς ἐγὼ ἐντέλλομαί σοι σήμερον.

6 ὅτι κύριος ὁ θεός σου εὐλόγησέ σε ὃν τρόπον ἐλάλησέ σοι, καὶ δανιεῖς ἔθνεσι πολλοῖς, σὺ δὲ οὐ δανιῇ· καὶ ἄρξεις σὺ ἐθνῶν πολλῶν, σοῦ δὲ οὐκ ἄρξουσιν.

7 ἐὰν δὲ γένη(ται) ἐν σοὶ ἐνδεὴς ἐκ τῶν ἀδελφῶν σου ἐν μιᾷ τῶν πόλεών σου ἐν τῇ γῇ, ἧ κύριος ὁ θεός σου δίδωσί σοι, οὐκ ἀποστρέψεις τὴν καρδίαν σου, οὐδὲ μὴ συσφίγξῃς τὴν χεῖρά σου ἀπὸ τοῦ ἀδελφοῦ σου τοῦ ἐνδεομένου.

8 ἀνοίγων ἀνοίξεις τὰς χεῖράς σου αὐτῷ, δάνειον δανιεῖς αὐτῷ, ὅσον ἂν ἐνδέη(ται), καθ' ὅσον ὑστερῆται.

9 πρόσεχε σεαυτῷ μή ποτε γένηται ῥῆμα κρυπτὸν ἐν τῇ καρδίᾳ σου, ἀνόμημα, λέγων· ἐγγίζει τὸ ἔτος τὸ ἕβδομον, ἔτος τῆς ἀφέσεως, καὶ πονηρεύσῃ(ται) ὁ ὀφθαλμός σου τῷ ἀδελφῷ σου τῷ ἐνδεομένῳ, καὶ οὐ δώσεις αὐτῷ, καὶ βοήσεται κατὰ σοῦ πρὸς κύριον, καὶ ἔσται ἐν σοὶ ἁμαρτία μεγάλη.

10 μεταδιδοὺς δώσεις αὐτῷ, καὶ δάνειον δανιεῖς αὐτῷ, ὅσον ἂν ἐνδέηται σου· καὶ οὐ λυπηθήσῃ τῇ καρδίᾳ σου διδόντος σου αὐτῷ, ὅτι διὰ τὸ ῥῆμα τοῦτο εὐλογήσει σε κύριος ὁ θεός σου ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις σου καὶ ἐν πᾶσιν οἷς ἂν ἐπιβάλῃς τὴν χεῖρά σου.

CHALDAICÆ PARAPHRASIS TRANSLATIO.

[27] Et Leuita qui eſt in vrbibus tuis, ne dimittas eum quoniam non habet partem & hæreditatem tecum. [28] In fine trium annorum educes omnes decimas frugum tuarum in anno illo, & recondes in vrbibus tuis. [29] Et veniet Leuites qui non habet partem & hæreditatem tecum, & peregrinus, & pupillus, & vidua qui ſunt in vrbibus tuis, & comedent & ſaturabuntur, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omnibus operibus manuum tuarum quæ facies.

CAP. XV.

** Ecce autem de vrbibus gentium harum, quas dominus Deus tuus dat tibi vt poſſideas terram earum, non capietis viuum omne ſpirans:* 16

** Sed anathematizabitis eos, Ethæũ, & Amorræum, & Chananæum, & Pherezæum, & Euæum & Iebuſæum, & Gergeſæum, quemadmodum præcepit tibi dominus Deus tuus:* 17

** Vt non doceant vos facere cunctas abominationes eorum, quas fecerunt diis ſuis, & peccabitis coram domino Deo veſtro.* 18

** Si autem obſederis circa ciuitatem diebus pluribus vt expugnes eam in captiuitatem eius, non ſuccides arbores eius, vt immittas in eas ferrum: ſed ab ea comedes, ipſam verò non ſuccides. nunquid homo lignum quod in ſylua, vt ingrediatur à facie tua in vallum?* 19

** Sed lignum quod ſcis quod non fructiferum eſt, hoc perdes, & ſuccides, & extrues vallum contra ciuitatem quæ facit aduerſum te bellum, quouſque tradatur.* 20

CAP. XXI.

SI autem inuentus fuerit necatus in terra, quam dominus Deus tuus dat tibi poſſidendam, qui ceciderit in campo, & non cognouerunt eum qui percuſſit illum: 1

** Egredietur ſenatus tuus et iudices tui, et metientur ad vrbes quæ in circuitu necati:* 2

** Et erit vrbs propinqua necato, & accipiet ſenatus vrbis illius vitulam ex bobus, quæ non operata eſt, & quæ non traxit iugum:* 3

11 * καὶ ἔσαι ἐὰν μὴ εἰρηνικὰ ἀποκριθῶσί σοι, καὶ ἀνοίξωσί σοι, ἔσαι πᾶς ὁ λαὸς ⓐ εὑρεθέντες ἐν αὐτῇ ἔσονταί σοι φορολογητοὶ καὶ ὑπήκοοί σοι.

12 * ἐὰν δὲ μὴ ὑπακούσωσί σοι καὶ ποιήσωσι μετὰ σὲ πόλε-
13 μον, καὶ πολιορκήσεις αὐτούς· * καὶ παραδώσει αὐτοὺς κύριος ὁ θεός σου εἰς τὰς χεῖράς σου, καὶ πατάξεις πᾶν ἀρσενικὸν αὐτῆς ἐν φόνῳ μαχαίρας, *
14 πλὴν τῶν γυναικῶν καὶ τῆς ἀποσκευῆς. καὶ πάντα τὰ κτήνη, καὶ πάντα ὅσα ἂν ὑπάρχει ἐν τῇ πόλει, καὶ πᾶσαν τὴν ἀπαρτίαν περιποιήσῃ σεαυτῷ, καὶ φαγῇ πάσῃ τὴν περιποίησιν τῶν ἐχθρῶν σου, ὧν κύριος ὁ θεός σου δίδωσί σοι.

15 * οὕτω ποιήσῃς πάσας τὰς πόλεις τὰς μακρὰν ὄσας ἀπὸ σοῦ σφόδρα, καὶ οὐχὶ ἀπὸ τῶν πόλεων τῶν ἐθνῶν τούτων.

16 * ἰδοὺ δὲ ἀπὸ τῶν πόλεων τῶν ἐθνῶν τούτων, ὧν κύριος ὁ θεός σου δίδωσί σοι κληρονομῆσαι τὴν γῆν ταύτην, οὐ ζωγρήσετε πᾶν ἐμπνέον·

17 * ἀλλ' ἀναθεματιεῖτε αὐτούς, τὸν χεταῖον, καὶ τὸν ἀμορραῖον, καὶ τὸν χαναναῖον, καὶ φερεζαῖον, καὶ εὐαῖον, καὶ ἰεβουσαῖον, καὶ γεργεσαῖον, οὗ τρόπον ἐνετείλατό σοι κύριος ὁ θεός
18 σου· * ἵνα μὴ διδάξωσιν ὑμᾶς ποιεῖν πάντα τὰ βδελύγματα αὐτῶν, ὅσα ἐποίησαν τοῖς θεοῖς αὐτῶν, καὶ ἁμαρτήσεσθε ἐνώπιον κυρίου τοῦ θεοῦ ὑμῶν.

19 * ἐὰν δὲ περικαθίσῃς περὶ πόλιν ἡμέρας πλείους ἐκπολεμῆσαι αὐτὴν εἰς κατάληψιν αὐτῆς, οὐκ ἐξολεθρεύσῃ τὰ δένδρα αὐτῆς, ἐπιβαλεῖν ἐπ' αὐτὰ σίδηρον, ἀλλ' ἀπ' αὐτῆς φαγῇ, αὐτὴ δὲ οὐκ ἐκκόψῃς. μὴ ἄνθρωπος τὸ ξύλον τὸ ἐν τῷ δρυμῷ
20 εἰσελθεῖν ἀπὸ προσώπου σου εἰς τὴν χάραξαν; * ἀλλὰ τὸ ξύλον ὃ ἔγνωσας ὅτι οὐ καρπόβρωτόν ἐστι, τοῦτο ἐξολεθρεύσεις καὶ ἐκκόψεις καὶ οἰκοδομήσεις χαράκωσιν ἐπὶ τὴν πόλιν, ἥτις ποιεῖ πρός σε τὸν πόλεμον, ἕως ἂν παραδοθῇ.

κα΄.

1 * Ἐὰν δὲ εὑρεθῇ τραυματίας ἐν τῇ γῇ ᾗ κύριος ὁ θεός σου δίδωσί σοι κληρονομῆσαι, πεπτωκὼς ἐν τῷ πεδίῳ, καὶ οὐκ οἴδασι τὸν πατάξαντα αὐτόν·

2 * ἐξελεύσεται ἡ γερουσία σου καὶ οἱ κριταί σου, καὶ ἐκμετρήσουσιν ἐπὶ τὰς πόλεις τὰς κύκλῳ τοῦ τραυματίου·

3 * καὶ ἔσαι ἡ πόλις ἡ ἐγγίζουσα τῷ τραυματίᾳ, καὶ λήψεται ἡ γερουσία τῆς πόλεως ἐκείνης δάμαλιν ἐκ βοῶν, ἥτις οὐκ εἴργασαι, καὶ ἥτις οὐχ εἵλκυσεν ζυγόν·

CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

11 Et ſi pacificè reſponderit tibi, & aperuerit tibi, omnis populus qui inuentus fuerit in ea, erunt tibi tributarij, & ſeruient tibi.

12 Et ſi non fecerit pacem tecum, & fecerit bellum aduerſum te, obſidebis eam: 13 Et tradet eam dominus Deus tuus in manu tua: & percuties omnes maſculos eius in ore gladij: 14 Veruntamen mulieres & paruulos, & iumenta, & omnia quæ fuerint in ciuitate, & omnia ſpolia eius diripies tibi: & comedes ſpolia inimicorum tuorum quæ dedit tibi dominus Deus tuus.

15 Sic facies cunctis ciuitatibus quæ longè ſunt à te, quæ non ſunt de ciuitatibus populorum iſtorum: 16 Sed in ciuitatibus populorum iſtorum, quos dominus Deus tuus dabit tibi in poſſeſſionem, nullam animam permittes viuere: 17 Sed deſtrues eos, Ethęos ſcilicet & Amorræos, & Chananæos, & Pherezæos, & Euæos, & Iebuſæos, ſicut præcepit tibi dominus Deus tuus:

18 Vt non doceant vos facere iuxta omnes abominationes ſuas quas faciebant idolis ſuis, & peccetis coram domino Deo veſtro.

19 Quando obſederis ciuitatem diebus multis vt expugnes eam & vt ſubiicias eam, non diſſipabis arbores eius, neque leuabis ſuper eas ferrum: ex illis enim comedes, & eas non ſuccides: quoniam non eſt ſicut homo arbor agri, vt veniat contra te in obſidionem.

20 Attamen arbor quam ſcis quòd non eſt arbor ex qua veſci potes, ipſam diſſipabis & ſuccides: & ædificabis machinas contra ciuitatem quæ dimicat contra te, donec ſubiicias eam.

CAP. XXI.

QVando inuentus fuerit in terra, quam dominus Deus tuus dabit tibi vt poſſideas eam, homo occiſus proiectus in agro, & ignoratur quis occidit eum: 2 Egredientur ſenes tui & iudices tui, & metientur à loco cadaueris vſque ad ciuitates quæ ſunt in circuitu occiſi.

3 Et erit ciuitas quæ propinquior eſt occiſo, tollent ſenes ciuitatis illius vitulam boum, qua nullus operatus eſt, nec traxit iugum:

4 * וְהוֹרִדוּ זִקְנֵי הָעִיר הַהִוא אֶת־הָעֶגְלָה אֶל־
נַחַל אֵיתָן אֲשֶׁר לֹא־יֵעָבֵד בּוֹ וְלֹא יִזָּרֵעַ וְעָרְפוּ־שָׁם
5 אֶת־הָעֶגְלָה בַּנָּחַל: * וְנִגְּשׁוּ הַכֹּהֲנִים בְּנֵי לֵוִי
כִּי בָם בָּחַר יְהוָה אֱלֹהֶיךָ לְשָׁרְתוֹ וּלְבָרֵךְ בְּשֵׁם יְהוָה
6 וְעַל־פִּיהֶם יִהְיֶה כָּל־רִיב וְכָל־נָגַע: * וְכֹל זִקְנֵי
הָעִיר הַהִוא הַקְּרֹבִים אֶל־הֶחָלָל יִרְחֲצוּ אֶת־יְדֵיהֶם
7 עַל־הָעֶגְלָה הָעֲרוּפָה בַּנָּחַל: * וְעָנוּ וְאָמְרוּ יָדֵינוּ
8 לֹא שָׁפְכָה אֶת־הַדָּם הַזֶּה וְעֵינֵינוּ לֹא רָאוּ: * כַּפֵּר
לְעַמְּךָ יִשְׂרָאֵל אֲשֶׁר־פָּדִיתָ יְהוָה וְאַל־תִּתֵּן דָּם
נָקִי בְּקֶרֶב עַמְּךָ יִשְׂרָאֵל וְנִכַּפֵּר לָהֶם הַדָּם:
9 וְאַתָּה תְּבַעֵר הַדָּם הַנָּקִי מִקִּרְבֶּךָ כִּי־תַעֲשֶׂה הַיָּשָׁר
בְּעֵינֵי יְהוָה:

10 * כִּי־תֵצֵא לַמִּלְחָמָה עַל־
אֹיְבֶיךָ וּנְתָנוֹ יְהוָה אֱלֹהֶיךָ בְּיָדֶךָ וְשָׁבִיתָ שִׁבְיוֹ:
11 * וְרָאִיתָ בַּשִּׁבְיָה אֵשֶׁת יְפַת־תֹּאַר וְחָשַׁקְתָּ בָּהּ
12 וְלָקַחְתָּ לְךָ לְאִשָּׁה: * וַהֲבֵאתָהּ אֶל־תּוֹךְ בֵּיתֶךָ
וְגִלְּחָה אֶת־רֹאשָׁהּ וְעָשְׂתָה אֶת־צִפָּרְנֶיהָ:
13 * וְהֵסִירָה אֶת־שִׂמְלַת שִׁבְיָהּ מֵעָלֶיהָ וְיָשְׁבָה בְּבֵיתֶךָ
וּבָכְתָה אֶת־אָבִיהָ וְאֶת־אִמָּהּ יָרֵחַ יָמִים וְאַחַר כֵּן תָּבוֹא
14 אֵלֶיהָ וּבְעַלְתָּהּ וְהָיְתָה לְךָ לְאִשָּׁה: * וְהָיָה
אִם־לֹא חָפַצְתָּ בָּהּ וְשִׁלַּחְתָּהּ לְנַפְשָׁהּ וּמָכֹר לֹא־
תִמְכְּרֶנָּה בַּכֶּסֶף לֹא־תִתְעַמֵּר בָּהּ תַּחַת אֲשֶׁר עִנִּיתָהּ:
15 * כִּי־תִהְיֶיןָ לְאִישׁ שְׁתֵּי נָשִׁים הָאַחַת אֲהוּבָה
וְהָאַחַת שְׂנוּאָה וְיָלְדוּ־לוֹ בָנִים הָאֲהוּבָה וְהַשְּׂנוּאָה
16 וְהָיָה הַבֵּן הַבְּכֹר לַשְּׂנִיאָה: * וְהָיָה בְּיוֹם הַנְחִילוֹ
אֶת־בָּנָיו אֵת אֲשֶׁר־יִהְיֶה לוֹ לֹא יוּכַל לִבְכֹּר אֶת־בֶּן־
הָאֲהוּבָה עַל־פְּנֵי בֶן־הַשְּׂנוּאָה הַבְּכֹר:
17 * כִּי אֶת־הַבְּכֹר בֶּן־הַשְּׂנוּאָה יַכִּיר לָתֵת לוֹ פִּי שְׁנַיִם
בְּכֹל אֲשֶׁר־יִמָּצֵא לוֹ כִּי־הוּא רֵאשִׁית אֹנוֹ לוֹ מִשְׁפַּט
הַבְּכֹרָה:

4 * Et ducent eam ad vallem aſperam atque ſaxoſam, quæ nunquam arata eſt, nec ſementem recepit, & cędent in ea ceruices vitulæ.
5 * Accedentque ſacerdotes filij Leui, quos elegerit dominus Deus tuus vt miniſtrent ei, & benedicant in nomine eius: & ad verbum eorum omne negotium pendet; & quicquid mundum vel immundum eſt iudicetur.
6 * Et venient maiores natu ciuitatis illius B ad interfectum, lauabuntque manus ſuas ſuper vitulam quæ in valle percuſſa eſt:
7 * Et dicent: Manus noſtræ non effuderunt ſanguinem hunc, nec oculi viderunt.
8 * Propitius eſto populo tuo Iſrael quem redemiſti Domine, & nō reputes ſanguinem innocentem in medio populi tui Iſrael: & auferetur ab eis reatus ſanguinis.
9 * Tu autē alienus eris ab innocentis cruore qui fuſus eſt, cùm feceris quod præcepit Do
10 minus. * Si egreſſus fueris ad pugnam contra inimicos tuos, & tradiderit eos dominus Deus tuus in manu tua, captiuoſque duxeris,
11 * Et videris in numero captiuorum mulie- C rem pulchram, & adamaueris eam, volueriſ-
12 que habere vxorem; * Introduces eam in domum tuam: quæ radet cęſariem, & circun-
13 cidet vngues: * Et deponet veſtem in qua capta eſt, ſedēſque in domo tua flebit patrem & matrem ſuam vno menſe; & poſteà intrabis ad eā, dormieſq; cum illa, & erit vxor tua.
14 * Si autem poſteà non ſederit animo tuo, dimittes eam liberam: nec vēdere poteris pecunia, nec opprimere per potentiam, quia hu
15 miliaſti eam. * Si habuerit homo vxores duas, vnam dilectam, & alteram odioſam, genueritque ex eis liberos, & fuerit filius odioſæ primogenitus:
16 * Volueritque ſubſtantiam inter filios ſuos diuidere, nō poterit filium dilectæ facere primogenitum, & præferre filio odioſæ:
17 * Sed filium odioſæ agnoſcet primogenitum, dabitque ei de his quæ habuerit cuncta D duplicia. iſte eſt enim principium liberorum eius, & huic debentur primogenita.

תרגום אונקלוס

4 וְיַחֲתוּן סָבֵי קַרְתָּא הַהִיא יַת עָגְלְתָא לְנַחֲלָא בַּיְיר דְּלָא יִתְפְּלַח בֵּיהּ וְלָא יִזְדְּרַע וְיִקְפּוּן תַּמָּן יַת עָגְלְתָא בְּנַחֲלָא: 5 וְיִתְקָרְבוּן כַּהֲנַיָּא
בְּנֵי לֵוִי אֲרֵי בְּהוֹן אִתְרְעִי יְיָ אֱלָהָךְ לְשַׁמָּשׁוּתֵיהּ וּלְבָרָכָא בִּשְׁמָא דַּיְיָ וְעַל מֵימְרֵיהוֹן יְהֵי כָּל דִּין וְכָל מַכְתַּשׁ סְגִירוּ: 6 וְכֹל סָבֵי קַרְתָּא דַּהֲהִיא
דְּקָרִיבִין לְקְטִילָא יִסְחוֹן יַת יְדֵיהוֹן עַל עָגְלְתָא דְּנִקִּיפָא בְּנַחֲלָא: 7 וְיִתְיְבוּן וְיֵימְרוּן יְדָנָא לָא אַשְׁדָּא יַת דְּמָא הָדֵין וְעֵינָנָא לָא חָזָאָה:
8 כַּהֲנַיָּא יְמָרוּן כַּפֵּר לְעַמָּךְ יִשְׂרָאֵל דְּפְרַקְתָּא יְהוָה וְלָא תִּתֵּן חוֹבַת דָּם זַכַּי בְּגוֹ עַמָּךְ יִשְׂרָאֵל וְיִתְכַּפַּר לְהוֹן עַל דְּמָא: 9 וְאַתְּ תְּפַלֵּי אַשְׁדֵּי
דָם זַכַּי מִבֵּינָךְ אֲרֵי תַּעְבֵּד דְּכְשַׁר קֳדָם יְיָ: 10 אֲרֵי תִּפּוֹק לְאַגָּחָא קְרָבָא עַל בַּעֲלֵי דְבָבָךְ וְיִמְסְרִינוּן יְיָ אֱלָהָךְ בִּידָךְ וְתִשְׁבֵּי שְׁבְיְהוֹן:
11 וְתֶחֱזֵי בְּשִׁבְיָא אִיתְּתָא שַׁפִּירַת חֵזוּ וְתִתְרְעִי בַּהּ וְתִסְּבַהּ לָךְ לְאִינְתּוּ:
12 וְתַעֲלִינַהּ לְגוֹ בֵּיתָךְ וְתִגַּלַּח יַת רֵישַׁהּ וְתַרְבֵּי יַת טוּפְרָהָא:
13 וְתַעְדֵּי יַת כְּסוּת שְׁבְיָהּ מִינָהּ וְתֵתֵב בְּבֵיתָךְ וְתִבְכֵּי יַת אֲבוּהָא וְיַת אִמָּהּ יַרְחָ יוֹמִין וּבָתַר כֵּן תֵּעוֹל לְוָתַהּ וְתִבְעֻלִינַהּ וּתְהֵי לָךְ לְאִינְתּוּ:
14 וְהֵי אִם לָא תִתְרְעִי בַּהּ וְתִפְטְרִינַהּ לְנַפְשַׁהּ וְזַבְּנָנָא לָא תְזַבְּנִינַהּ בְּכַסְפָּא לָא תִתְגַּר בַּהּ חֲלַף דְּעַנְיְתַהּ:
15 אֲרֵי יְהוֹן לְגַבַר תַּרְתֵּין נְשִׁין חֲדָא רְחוּמְתָא וְחָרָא שְׂנוּאָתָא וִילִידָן לֵיהּ בְּנִין רְחוּמְתָא וּשְׂנוּאָתָא וְיְהֵי בְּרָא בְכָרָא לְסָנוּאָתָא:
16 וְיְהֵי בְּיוֹמָא דְיַחְסִין לִבְנוֹהִי יַת דִּיהֵי לֵיהּ לֵית לֵיהּ רְשׁוּ לְבַכְּרָא יַת בַּר רְחוּמְתָא עַל אַפֵּי בַּר שְׂנוּאָתָא בְּכוֹרָא:
17 אֲרֵי יַת בְּכוֹרָא בַּר שְׂנוּאָתָא יַפְרֵישׁ לְמִתַּן לֵיהּ תְּרֵין חוּלָקִין בְּכֹל דְּיִשְׁתְּכַח לֵיהּ אֲרֵי הוּא רֵישׁ תְּקֵפֵיהּ לֵיהּ חֲזָנָא בְּכִירוּתָא:

* *Et deducent ſenatus vrbis illius vitulam in vallem aſperam, quæ non culta eſt neque ſeminatur, & cædent vitulam in valle.* 4

* *Et accedent ſacerdotes Leuitæ, quoniam illos elegit dominus Deus tuus vt aſtent illi, & benedicant in nomine eius: & in ore eorum erit omnis controuerſia, & omnis lepra:* 5

* *Et omnis ſenatus ciuitatis illius qui propinqui ſunt necato, lauabunt manus ſuper caput vitulæ percuſſæ in valle.* * *Et reſpondentes, dicent:* 6 7 *Manus noſtræ non effuderunt ſanguinem hunc, & oculi noſtri non viderunt.*

* *Propitius eſto populo tuo Iſrael, quos redemiſti, Domine, de terra Ægypti, vt non ſit ſanguis innocens in populo tuo Iſrael, & placatus erit eis ſanguis.* * *Tu autem auferes ſanguinem innocentem ex vobis ipſis, ſi feceritis bonum & placitum coram domino Deo tuo.* 8 9

* *Si autem exieris in pugnam contra inimicos tuos, & tradiderit eos dominus Deus tuus in manus tuas, & captiuaueris captiuitatem eorum:* 10

* *Et videris in captiuis mulierem pulchrã forma, & deſideraueris eam, et acceperis eam tibi vxorẽ:* 11

* *Et induces eam intus in domum tuam, & rades caput eius, & circuncides vngues illius:* 12

* *Et auferes veſtes captiuitatis eius ab ea: &* 13 *ſedebit in domo tua, & plorabit patrem et matrem menſis dies: & poſt hæc intrabis ad eam, & ſimul dormies cum ea, & erit tua vxor.*

* *Et erit ſi non volueris eam, dimittes eam liberam, & venditione non vendetur argento: non opprimes eam, quoniam humiliaſti eam.* 14

* *Si autem fuerint homini duæ vxores, vna* 15 *earum dilecta, & vna earum odioſa; & pepererint ei dilecta & odioſa, & fuerit filius primogenitus odioſæ:*

* *Et erit qua die diuiſerit filiis ſuis ſubſtantiam ſuam, non poterit primogenitum facere filium dilectæ, contemnens filium odioſæ primogenitum:* 16

* *Sed primogenitum filium odioſæ agnoſcet, vt* 17 *det ei duplicia de omnibus quæ inuenta fuerint ei: quoniam hic eſt principium liberorum eius, & huic debentur primogenita.*

4 * καὶ καταβιβάσουσιν ἡ γερουσία τῆς πόλεως ἐκείνης τὴν δάμαλιν εἰς φάραγγα τραχεῖαν, ἥτις οὐκ εἴργασαι ἐν ᾧ σπείρεται, καὶ νωτοκοπήσουσι τὴν δάμαλιν ἐν φάραγγι·

5 * καὶ προσελεύσονται ἱερεῖς οἱ λευῖται, ὅτι αὐτοὺς ἐπελέξατο κύριος ὁ θεός σου παρεστηκέναι αὐτῷ, καὶ εὐλογεῖν ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τῷ στόματι αὐτῶν ἔσται πᾶσα δικαιολογία καὶ πᾶσα ἁφή·

6 * καὶ πᾶσα ἡ γερουσία τῆς πόλεως ἐκείνης οἱ ἐγγίζοντες τῷ τραυματίᾳ, νίψονται τὰς χεῖρας ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τῆς δαμάλεως τῆς νωτοκοπηθείσης ἐν τῇ φάραγγι·

7 * καὶ ἀποκριθέντες ἐροῦσιν, αἱ χεῖρες ἡμῶν οὐκ ἐξέχεαν τὸ αἷμα τοῦτο, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν οὐχ ἑωράκασιν.

8 * ἵλεως γένοιτο τῷ λαῷ σου ἰσραήλ, οὓς ἐλυτρώσω κύριε ἐκ γῆς αἰγύπτου, ἵνα μὴ γένηται αἷμα ἀναίτιον ἐν τῷ λαῷ σου ἰσραήλ, καὶ ἀφεθήσεται αὐτοῖς τὸ αἷμα.

9 * σὺ δὲ ἐξαρεῖς τὸ αἷμα τὸ ἀναίτιον ἐξ ὑμῶν αὐτῶν, ἐὰν ποιήσητε τὸ καλὸν καὶ τὸ ἀρεστὸν ἔναντι κυρίου τοῦ θεοῦ σου·

10 * ἐὰν δὲ ἐξέλθῃς εἰς πόλεμον ἐπὶ τοὺς ἐχθρούς σου, καὶ παραδῷ αὐτοὺς κύριος ὁ θεός σου εἰς τὰς χεῖρας σου, καὶ αἰχμαλωτεύσῃς τὴν αἰχμαλωσίαν αὐτῶν· 11 * καὶ ἴδῃς ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ γυναῖκα καλὴν τῷ εἴδει, καὶ ἐπιθυμήσῃς αὐτῆς, καὶ λάβῃς αὐτὴν σεαυτῷ γυναῖκα· 12 * καὶ εἰσάξεις αὐτὴν οἶκον εἰς τὸν οἶκόν σου, καὶ ξυρήσεις τὴν κεφαλὴν αὐτῆς, καὶ ποιήσεις τοὺς ὄνυχας αὐτῆς· 13 * καὶ περιελεῖς τὰ ἱμάτια τῆς αἰχμαλωσίας αὐτῆς ἀπ' αὐτῆς, καὶ καθιεῖται ἐν τῇ οἰκίᾳ σου, καὶ κλαύσεται τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα αὐτῆς ἡμέρας, καὶ μῆνας ἐκπλήσει πρὸς αὐτὴν καὶ συνοικιεῖς αὐτῇ, καὶ ἔσται σου γυνή.

14 * καὶ ἔσται ἐὰν μὴ θελήσῃς αὐτήν, ἐξαποστελεῖς αὐτὴν ἐλευθέραν, καὶ πράσει οὐ πραθήσεται ἀργυρίου· οὐκ ἀθετήσεις αὐτήν, διότι ἐταπείνωσας αὐτήν.

15 * ἐὰν δὲ γένωνται ἀνθρώπῳ δύο γυναῖκες, μία αὐτῶν ἠγαπημένη, καὶ μία αὐτῶν μισουμένη, καὶ τέκωσιν αὐτῷ ἡ ἠγαπημένη καὶ ἡ μισουμένη, καὶ γένηται υἱὸς πρωτότοκος τῆς μισουμένης·

16 * καὶ ἔσται ἡνίκα ἂν ἡμέρᾳ κατακληροδοτῇ τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ, οὐ δυνήσεται πρωτοτοκεῦσαι τὸν υἱὸν τῆς ἠγαπημένης, ὑπεριδὼν τὸν υἱὸν τῆς μισουμένης τὸν πρωτότοκον· 17 * ἀλλὰ τὸν πρωτότοκον υἱὸν τῆς μισουμένης ἐπιγνώσεται δοῦναι αὐτῷ διπλᾶ ἀπὸ πάντων ὧν ἂν εὑρεθῇ αὐτῷ, ὅτι οὗτός ἐστιν ἀρχὴ τέκνων αὐτοῦ, καὶ τούτῳ καθήκει τὰ πρωτοτόκεια.

CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

4 Et deferent ſenes ciuitatis illius vitulam ad vallem deſertam quæ non eſt culta nec ſeminata, & cædent ibi ceruicem vitulæ in torrente.
5 Et accedent ſacerdotes filij Leui (quoniam ipſos elegit dominus Deus tuus vt miniſtrent ei, & vt benedicant in nomine Domini) & iuxta verbum eorum erit omne iudicium, & omnis plaga lepræ: 6 Et omnes ſenes ciuitatis illius quæ propinquior eſt interfecto, lauabunt manus ſuas ſuper vitulam quæ percuſſa eſt in valle: 7 Et reſpondebunt & dicent: Manus noſtra non effudit ſanguinem hunc, neque oculi noſtri viderunt. 8 Sacerdotes dicent: Propitius eſto populo tuo Iſrael, quem redemiſti, Domine: & ne des peccatum ſanguinis innocentis in medio populi tui Iſrael. & dimittetur eis reatus ſanguinis. 9 Tu autem auferes effundentem ſanguinem innocentem de medio tui, cùm feceris quod rectum eſt coram Domino. 10 Si egreſſus fueris ad pugnam contra inimicos tuos, & tradiderit eos dominus Deus tuus in manu tua, & captiuaueris captiuitatem eorum: 11 Et videris in captiuitate mulierem pulchram, & adamaueris eam, & acceperis eam tibi in vxorem; 12 Introduces eam in domum tuam, & tondebit caput ſuum, & creſcere dimittet vngues ſuos: 13 Et auferet à ſe veſtimentum captiuitatis ſuæ: & habitabit in domo tua, & planget patrem ſuum & matrem ſuam menſe dierum: & poſteà ingredieris ad eã, & eris maritus eius, & ipſa erit tibi in vxorem. 14 Et ſi poſteà nolueris eam, dimittes eam vt liberè eat quocunque voluerit: & non vendes eam argento, neque opprimes eam, eo quòd humiliaſti eam. 15 Si fuerint viro duæ vxores, vna dilecta & altera odioſa, & pepererint ei filios dilecta & odioſa, & fuerit filius odioſæ primogenitus; 16 Et euenerit dies in quo hæreditatem diuiſurus eſt filiis ſuis earum rerum quæ habuerit, non habebit poteſtatem vt filium dilectæ faciat primogenitum, viuente filio odioſæ primogenito.
17 Sed filium odioſæ agnoſcet primogenitum, vt det ei duplicem portionem in omnibus quæ inuenta fuerint apud eum: quoniam ipſe eſt principium fortitudinis eius; & ei pertinet primogenitura.

18 * כִּי־יִהְיֶה לְאִישׁ בֵּן סוֹרֵר וּמוֹרֶה אֵינֶנּוּ שֹׁמֵעַ
בְּקוֹל אָבִיו וּבְקוֹל אִמּוֹ וְיִסְּרוּ אֹתוֹ וְלֹא יִשְׁמַע אֲלֵיהֶם:
19 * וְתָפְשׂוּ בוֹ אָבִיו וְאִמּוֹ וְהוֹצִיאוּ אֹתוֹ אֶל־זִקְנֵי עִירוֹ
20 וְאֶל־שַׁעַר מְקוֹמוֹ: * וְאָמְרוּ אֶל־זִקְנֵי עִירוֹ בְּנֵנוּ זֶה
סוֹרֵר וּמֹרֶה אֵינֶנּוּ שֹׁמֵעַ בְּקֹלֵנוּ זוֹלֵל וְסֹבֵא:
21 * וְרָגְמֻהוּ כָל־אַנְשֵׁי עִירוֹ בָאֲבָנִים וָמֵת וּבִעַרְתָּ
הָרָע מִקִּרְבֶּךָ וְכָל־יִשְׂרָאֵל יִשְׁמְעוּ וְיִרָאוּ:
22 * וְכִי־יִהְיֶה בְּאִישׁ חֵטְא מִשְׁפַּט־מָוֶת
23 וְהוּמָת וְתָלִיתָ אֹתוֹ עַל־עֵץ: * לֹא־תָלִין נִבְלָתוֹ עַל־
הָעֵץ כִּי־קָבוֹר תִּקְבְּרֶנּוּ בַּיּוֹם הַהוּא כִּי־קִלְלַת
אֱלֹהִים תָּלוּי וְלֹא תְטַמֵּא אֶת־אַדְמָתְךָ אֲשֶׁר יְהוָה
אֱלֹהֶיךָ נֹתֵן לְךָ נַחֲלָה:

כב

1 * לֹא־תִרְאֶה אֶת־
שׁוֹר אָחִיךָ אוֹ אֶת־שֵׂיוֹ נִדָּחִים וְהִתְעַלַּמְתָּ מֵהֶם הָשֵׁב
2 תְּשִׁיבֵם לְאָחִיךָ: * וְאִם־לֹא קָרֹב אָחִיךָ אֵלֶיךָ
וְלֹא יְדַעְתּוֹ וַאֲסַפְתּוֹ אֶל־תּוֹךְ בֵּיתֶךָ וְהָיָה עִמְּךָ עַד
3 דְּרֹשׁ אָחִיךָ אֹתוֹ וַהֲשֵׁבֹתוֹ לוֹ: * וְכֵן תַּעֲשֶׂה לַחֲמֹרוֹ
וְכֵן תַּעֲשֶׂה לְשִׂמְלָתוֹ וְכֵן תַּעֲשֶׂה לְכָל־אֲבֵדַת
אָחִיךָ אֲשֶׁר־תֹּאבַד מִמֶּנּוּ וּמְצָאתָהּ לֹא תוּכַל
4 לְהִתְעַלֵּם: * לֹא־תִרְאֶה אֶת־חֲמוֹר
אָחִיךָ אוֹ שׁוֹרוֹ נֹפְלִים בַּדֶּרֶךְ וְהִתְעַלַּמְתָּ מֵהֶם הָקֵם
5 תָּקִים עִמּוֹ: * לֹא־יִהְיֶה כְלִי־גֶבֶר
עַל־אִשָּׁה וְלֹא־יִלְבַּשׁ גֶּבֶר שִׂמְלַת אִשָּׁה כִּי תוֹעֲבַת
יְהוָה אֱלֹהֶיךָ כָּל־עֹשֵׂה אֵלֶּה:
6 * כִּי יִקָּרֵא קַן־צִפּוֹר לְפָנֶיךָ בַּדֶּרֶךְ בְּכָל־עֵץ אוֹ עַל־
הָאָרֶץ אֶפְרֹחִים אוֹ בֵיצִים וְהָאֵם רֹבֶצֶת עַל־
הָאֶפְרֹחִים אוֹ עַל־הַבֵּיצִים לֹא־תִקַּח הָאֵם עַל־
הַבָּנִים:

18 * Si genuerit homo filium contumacem & proteruum, qui non audierit patris ac matris imperium, & coercitus obedire contẽpserit,
19 * Apprehendent eum, & ducent ad seniores ciuitatis illius, & ad portam iudicij:
20 * Dicentque ad eos: Filius noster iste proteruus & contumax est: monita nostra audire contemnit; comessationibus vacat, & luxuriæ atque conuiuiis.
21 * Lapidibus eum obruet populus ciuitatis, & morietur: vt auferatis malum de medio vestri: & vniuersus Israel audiẽs pertimescat.
22 * Quando peccauerit homo quod morte plectendum est, & adiudicatus morti appensus fuerit in patibulo,
23 * Non permanebit cadauer eius in ligno; sed in eadem die sepelietur: quia maledictus à Deo est qui pendet in ligno: & nequaquam contaminabis terram tuam, quam dominus Deus tuus dederit tibi in possessionem. Ioa.10.c Gal.3.b.

CAP. XXII.

1 NOn videbis bouem fratris tui aut ouem errantem, & præteribis; sed reduces fratri tuo. Exo.23.a
2 * Etiam si non est propinquus frater tuus, nec nosti eum, duces in domum tuam, & erunt apud te quandiu quærat ea frater tuus, & recipiat.
3 * Similiter facies de asino, & de vestimento, & de omni re fratris tui quæ perierit: si inueneris eam, ne negligas quasi alienam.
4 * Si videris asinum fratris tui aut bouem cecidisse in via, non despicies; sed subleuabis cum eo.
5 * Non induetur mulier veste virili, nec vir vtetur veste fœminea. abominabilis enim apud Deum est qui facit hoc.
6 * Si ambulans per viam in arbore vel in terra nidum auis inueneris, & matrem pullis vel ouis desuper incubantem, non tenebis eã cum filiis:

תרגום אונקלוס

18 אֲרֵי יְהֵי לְגֻבַר בַּר סָטֵי וּמָרוּד לֵיתוֹהִי מְקַבֵּל לְמֵימַר אֲבוּהִי וּלְמֵימַר אִמֵּיהּ וּמַלְפִין יַתֵּיהּ וְלָא מְקַבֵּיל מִנְּהוֹן: 19 וְיַחְדוּן בֵּיהּ אֲבוּהִי
וְאִמֵּיהּ וְיַפְקוּן יַתֵּיהּ לְקֳדָם סָבֵי קַרְתֵּיהּ וְלִתְרַע בֵּית דִּין אַתְרֵיהּ: 20 וְיֵימְרוּן לְסָבֵי קַרְתֵּיהּ בְּנָנָא דֵּין סָטֵי וּמָרוּד לֵיתוֹהִי מְקַבֵּל לְמֵימְרָנָא זָלִיל
בִּשֻּׁר וְסָבָא חָמָר: 21 וְיִרְגְּמוּנֵיהּ כָּל אֲנָשֵׁי קַרְתֵּיהּ בְּאַבְנַיָּא וְיָמוּת וְתִפְלֵי עֲבִיד דְּבִישׁ מִבֵּינָךְ וְכָל יִשְׂרָאֵל יִשְׁמְעוּן וְיִדְחֲלוּן: 22 וַאֲרֵי יְהֵי
גֻּבְרָא חוֹבָת דִּין דְּקִטּוֹל וְיִתְקְטֵל וְיִתְצְלוֹב יַתֵּיהּ עַל צְלִיבָא: 23 לָא תְבִית נְבִילָתֵיהּ עַל צְלִיבָא אֲרֵי מְקַבָּר תְּקַבְּרִינֵיהּ בְּיוֹמָא הַהוּא אֲרֵי עַל דְּחָב
קֳדָם יְהוָה אִצְטְלֵב וְלָא תְסָאֵיב יַת אַרְעָךְ דַּייָ אֱלָהָךְ יָהֵיב לָךְ אַחְסָנָא:

כב

1 לָא תֶחֱזֵי יַת תּוֹרָא דְּאָחוּךְ אוֹ יַת אִמְּרֵיהּ דְּטָעָן וְתִתְכְּבֵישׁ מִנְּהוֹן אֲתָבָא תְּתֵיבִינוּן לְאָחוּךְ: 2 וְאִם לָא
קָרִיב אָחוּךְ לָךְ וְלָא יְדַעְתְּ לֵיהּ וְתִכְנְשִׁינֵיהּ לְגוֹ בֵּיתָךְ וִיהֵי עִמָּךְ עַד דְּתִבְעֵי אָחוּךְ תְּתֵיבִינֵיהּ לֵיהּ: 3 וְכֵן תַּעְבִּיד לַחֲמָרֵיהּ וְכֵן תַּעְבִּיד
לְכִסּוּתֵיהּ וְכֵן תַּעְבִּיד לְכָל אֲבֵדְתָּא דְּאָחוּךְ דְּתֵיבַד מִנֵּיהּ וְתַשְׁכְּחִינֵיהּ לֵית לָךְ רְשׁוּ לְאִתְכַּסָּאָה: 4 לָא תֶחֱזֵי יַת חֲמָרָא דְּאָחוּךְ אוֹ תּוֹרֵיהּ רָמְיָן
בְּאָרְחָא וְתִתְכְּבֵשׁ מִנְּהוֹן אֲקָמָא תְּקִים עִימֵּיהּ: 5 לָא יְהֵי תִּיקוּן זֵין דְּגֻבְרָא עַל אִיתָּא וְלָא יְתַקַּן גֻּבְרָא בְּתִיקוּנֵי אִיתָּא אֲרֵי מְרַחַק קֳדָם יְיָ אֱלָהָךְ
כָּל עָבֵיד אִלֵּין: 6 אֲרֵי תְעָרַע קִינָּא דְצִפְּרָא קֳדָמָךְ בְּאָרְחָא בְּכָל אִילָן אוֹ עַל אַרְעָא אָפְרוֹחִין אוֹ בֵיעִין וְאִמָּא רָבְיָא עַל אָפְרוֹחִין אוֹ עַל בֵּיעִין
לָא תִסַּב אִמָּא עַל בְּנַיָּא:

18 * Si autem alicui fuerit filius contumax & proteruus, non obediens uoci patris & uoci matris
suæ, & erudierint eum, & non audierit eos:
19 * Et apprehendentes eum pater eius & mater
eius, educent illum ad senatum ciuitatis illius, &
ad portam loci illius:
20 * Et dicent uiris ciuitatis illorum: Filius noster
hic proteruus est & irritat, non obedit uoci nostræ,
comessationibus uacans ebriatur;
21 * Et lapidabunt eum uiri ciuitatis illius in la-
pidibus, & morietur: & auferes malum ex uobis
ipsis. & uniuersus Israel audientes, pertimes-
cent.
22 * Si autem fuerit in aliquo peccatum iudicium
mortis, & mortuus fuerit, & suspenderitis eum
in ligno;
23 * Non pernoctabit corpus eius in ligno: sed se-
pultura sepelietis eum in die illa: quoniam male-
dictus à Deo omnis qui pendet in ligno. & non con-
taminabitis terram, quam dominus Deus tuus dat
tibi in possessionem.

CAP. XXII.

1 NE uidens uitulum fratris tui aut ouem eius
errantia in uia contemnas ea: reductione re-
duces ea fratri tuo, & reddes ea.
2 * Si autem non appropinquat ad te frater tuus,
neque nosti eum, duces ea intrò in domum tuam, &
erunt tecum, quoad quærat ea frater tuus, & red-
des ea illi.
3 * Sic facies asino eius, & sic facies uestimento e-
ius, & sic facies in omni amissa re fratris tui, quæ-
cunque perierint ab eo, & inueneris ea, non pote-
ris negligere.
4 * Non uidebis asinum fratris tui, aut uitulum
eius qui ceciderit in uia, non despicias ea, subleuans
subleuabis cum eo.
5 * Non erit uestitus uiri in muliere, neque in-
duetur uir ueste fœminea; quoniam abominatio
domino Deo tuo est omnis faciens hæc.
6 * Si autem obuiaueris nido auium ante faciem
tuam in uia, uel in omni arbore, uel in terra pul-
lis uel ouis, & mater incubat super pullos aut su-
per oua, non capies matrem cum filiis.

18 * ἐὰν δέ τινι ᾖ υἱὸς ἀπειθὴς καὶ ἐρεπτὴς οὐκ ὑπακούων
φωνῇ πατρὸς καὶ φωνῇ μητρὸς αὐτοῦ, καὶ παιδεύσωσιν αὐ-
19 τόν, καὶ μὴ εἰσακούσῃ αὐτῶν· * καὶ λαβόντες αὐτὸν ὁ πα-
τὴρ αὐτοῦ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ ἐξάξουσιν αὐτὸν ἐπὶ τὴν γερου-
σίαν τῆς πόλεως αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τὴν πύλην τοῦ τόπου αὐτοῦ·
20 * καὶ ἐροῦσι τοῖς ἄνδρασι τῆς πόλεως αὐτῶν, ὁ υἱὸς ἡμῶν
οὗτος ἀπειθὴς καὶ ἐρεθίζει, οὐκ ὑπακούει τῆς φωνῆς ἡμῶν, συμ
βολοκοπῶν οἰνοφλυγεῖ·
21 * καὶ λιθοβολήσουσιν αὐτὸν οἱ ἄνδρες τῆς πόλεως αὐτοῦ ἐν
λίθοις, καὶ ἀποθανεῖται, καὶ ἐξαρεῖς τὸ πονηρὸν ἐξ ὑμῶν αὐ-
τῶν· καὶ πᾶς ἰσραὴλ ἀκούσαντες φοβηθήσονται.
22 * ἐὰν δὲ γένηται ἐν τινι ἁμαρτία κρίμα θανάτου, καὶ ἀπο
θανῇ, καὶ κρεμάσητε αὐτὸν ἐπὶ ξύλου,
23 * οὐκ ἐπικοιμηθήσεται τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐπὶ ξύλου, ἀλλὰ τα
φῇ θάψετε αὐτὸν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, ὅτι κεκατηραμένῳ ὑ-
πὸ θεοῦ πᾶς κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου. καὶ οὐ μὴ μιάνητε τὴν
γῆν, ἣν κύριος ὁ θεός σου δίδωσί σοι ἐν κληρονομίᾳ.

κβ'.

1 * Μὴ ἰδὼν τὸν μόσχον τοῦ ἀδελφοῦ σου, ἢ τὸ πρόβατον αὐ-
τοῦ πλανώμενα ἐν τῇ ὁδῷ ὑπερίδῃς αὐτά, ἀποστρέφῃ ἀποστρέ
ψεις αὐτὰ τῷ ἀδελφῷ σου, καὶ ἀποδώσεις αὐτά.
2 * ἐὰν δὲ μὴ ἐγγίζῃ πρὸς σὲ ὁ ἀδελφός σου μηδὲ ᾖς ἐπίστῃ αὐ-
τόν, συνάξεις αὐτὰ εἰς τὸν οἶκόν σου, καὶ ἔσται μετὰ
σοῦ, ἕως ἂν ζητήσῃ αὐτὰ ὁ ἀδελφός σου, καὶ ἀποδώσεις αὐτὰ
αὐτῷ.
3 * οὕτω ποιήσεις τὸν ὄνον αὐτοῦ, καὶ οὕτω ποιήσεις τὸ ἱμάτιον
αὐτοῦ, καὶ οὕτω ποιήσεις πᾶσαν ἀπώλειαν τοῦ ἀδελφοῦ
σου, ὅσα ἂν ἀπολῆται παρ' αὐτοῦ, καὶ εὕρῃς αὐτά, οὐ δυνήσῃ
ὑπερίδειν.
4 * οὐκ ὄψῃ τὸν ὄνον τοῦ ἀδελφοῦ σου ἢ τὸν μόσχον αὐτοῦ πε-
πτωκότα ἐν τῇ ὁδῷ, μὴ ὑπερίδῃς αὐτά, ἀνιστῶν ἀναστήσεις μετ'
αὐτοῦ.
5 * οὐκ ἔσται σκεῦος ἀνδρὸς ἐπὶ γυναικί, οὐδὲ μὴ ἐνδύσεται
ἀνὴρ στολὴν γυναικείαν, ὅτι βδέλυγμα κυρίῳ τῷ θεῷ σου ἐστὶ
πᾶς ποιῶν ταῦτα.
6 * ἐὰν δὲ συναντήσῃ νοσιὰ ὀρνέων πρὸ προσώπου σου ἐν
τῇ ὁδῷ ἢ ἐπὶ παντὶ δένδρῳ, ἢ ἐπὶ τῆς γῆς νοσσοῖς ἢ ᾠοῖς, καὶ ἡ
μήτηρ θάλπει ἐπὶ τῶν νοσσῶν ἢ ἐπὶ τῶν ᾠῶν, οὐ λήψῃ τὴν
μητέρα μετὰ τῶν τέκνων·

CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

18 Si fuerit viro filius prævaricator & rebellis, & non obedierit verbo patris sui & verbo matris suæ, & corripuerint eum & non obedierit eis:
19 Apprehendent eum pater eius & mater eius, & educent illum in conspectum seniorum ciuitatis suæ, & ad portam domus iudicij loci sui.
20 Et dicent senioribus ciuitatis illius: Filius noster hic prævaricator est & rebellis: non obedit verbis nostris: edax est carnium, & potator vini.
21 Et lapidabunt eum omnes homines ciuitatis illius, vt moriatur: & auferes facientem quod malum est de medio tui. & omnis Israel audient, & timebunt.
22 Quando autem fuerit in viro peccatum iudicij occisionis, & occisus fuerit, & suspenderis eum in patibulo:
23 Non manebit cadauer eius in patibulo, sed sepelies eum in die illa: quia pro eo quòd peccauit coram Domino, suspensus est: & non contaminabis terram tuam, quam dominus Deus tuus dabit tibi in possessionem.

CAP. XXII.

NOn videbis bouem fratris tui aut agnum eius errantes, & auertes oculos ab eis; sed reducens reduces eos fratri tuo.
2 Et si non est propè frater tuus, nec cognoscis eum, introduces eum in domum tuam; & erit apud te, donec quærat eum frater tuus, & reddes eum illi.
3 Similiter facies de asino eius, & sic facies de vestimento eius, & sic facies de omni re quam perdiderit frater tuus, & inueneris eam, non est tibi licitum cælare eam.
4 Non videas asinum fratris tui aut bouem eius cadentes in via, & auertas oculos ab eis, sed subleuans subleuabis cum eo.
5 Non erit ornamentum viri super mulierem, neque ornabitur vir ornamentis mulieris, quia abominabilis est coram domino Deo tuo omnis qui facit hæc.
6 Si occurreris nido auis ante te in via in omni arbore aut super terram cum pullis aut ouis, & mater incubat super pullos aut super oua, non accipies matrem cum filiis.

7 * שַׁלֵּחַ תְּשַׁלַּח אֶת־הָאֵם וְאֶת־הַבָּנִים תִּקַּח־
לָךְ לְמַעַן יִיטַב לָךְ וְהַאֲרַכְתָּ יָמִים׃
8 * כִּי תִבְנֶה בַּיִת חָדָשׁ וְעָשִׂיתָ מַעֲקֶה לְגַגֶּךָ
וְלֹא־תָשִׂים דָּמִים בְּבֵיתֶךָ כִּי־יִפֹּל הַנֹּפֵל מִמֶּנּוּ׃
9 * לֹא־תִזְרַע כַּרְמְךָ כִּלְאָיִם פֶּן־תִּקְדַּשׁ הַמְלֵאָה הַזֶּרַע
אֲשֶׁר תִּזְרָע וּתְבוּאַת הַכָּרֶם׃ 10 * לֹא־
תַחֲרֹשׁ בְּשׁוֹר־וּבַחֲמֹר יַחְדָּו׃ 11 * לֹא תִלְבַּשׁ שַׁעַטְנֵז
צֶמֶר וּפִשְׁתִּים יַחְדָּו׃ 12 * גְּדִלִים תַּעֲשֶׂה־
לָךְ עַל־אַרְבַּע כַּנְפוֹת כְּסוּתְךָ אֲשֶׁר תְּכַסֶּה־בָּהּ׃
13 * כִּי־יִקַּח אִישׁ אִשָּׁה וּבָא אֵלֶיהָ וּשְׂנֵאָהּ׃
14 * וְשָׂם לָהּ עֲלִילֹת דְּבָרִים וְהוֹצִא עָלֶיהָ שֵׁם רָע וְאָמַר
אֶת־הָאִשָּׁה הַזֹּאת לָקַחְתִּי וָאֶקְרַב אֵלֶיהָ וְלֹא־מָצָאתִי
לָהּ בְּתוּלִים׃ 15 * וְלָקַח אֲבִי הַנַּעֲרָ וְאִמָּהּ וְהוֹצִיאוּ
אֶת־בְּתוּלֵי הַנַּעֲרָ אֶל־זִקְנֵי הָעִיר הַשָּׁעָרָה׃
16 * וְאָמַר אֲבִי הַנַּעֲרָ אֶל־הַזְּקֵנִים אֶת־בִּתִּי נָתַתִּי
לָאִישׁ הַזֶּה לְאִשָּׁה וַיִּשְׂנָאֶהָ׃ 17 * וְהִנֵּה־
הוּא שָׂם עֲלִילֹת דְּבָרִים לֵאמֹר לֹא־מָצָאתִי
לְבִתֵּךְ בְּתוּלִים וְאֵלֶּה בְתוּלֵי בִתִּי וּפָרְשׂוּ הַשִּׂמְלָה
לִפְנֵי זִקְנֵי הָעִיר׃ 18 * וְלָקְחוּ זִקְנֵי הָעִיר־הַהִוא אֶת־
הָאִישׁ וְיִסְּרוּ אֹתוֹ׃ 19 * וְעָנְשׁוּ אֹתוֹ מֵאָה כֶּסֶף וְנָתְנוּ
לַאֲבִי הַנַּעֲרָה כִּי הוֹצִיא שֵׁם רָע עַל בְּתוּלַת יִשְׂרָאֵל וְלוֹ־
תִהְיֶה לְאִשָּׁה לֹא־יוּכַל לְשַׁלְּחָהּ כָּל־יָמָיו׃
20 * וְאִם־אֱמֶת הָיָה הַדָּבָר הַזֶּה לֹא־נִמְצְאוּ
בְתוּלִים לַנָּעֲרָ׃ 21 * וְהוֹצִיאוּ אֶת־הַנַּעֲרָ אֶל־פֶּתַח
בֵּית־אָבִיהָ וּסְקָלוּהָ אַנְשֵׁי עִירָהּ בָּאֲבָנִים וָמֵתָה כִּי־
עָשְׂתָה נְבָלָה בְּיִשְׂרָאֵל לִזְנוֹת בֵּית אָבִיהָ וּבִעַרְתָּ
הָרָע מִקִּרְבֶּךָ׃ 22 * כִּי־יִמָּצֵא אִישׁ
שֹׁכֵב עִם־אִשָּׁה בְּעֻלַת־בַּעַל וּמֵתוּ גַּם־שְׁנֵיהֶם
הָאִישׁ הַשֹּׁכֵב עִם־הָאִשָּׁה וְהָאִשָּׁה וּבִעַרְתָּ הָרָע
מִיִּשְׂרָאֵל׃

7 * Sed abire patieris, captos tenens filios, vt bene sit tibi, & longo viuas tempore.
8 * Cùm ædificaueris domum nouam, facies
B murum tecti per circuitum, ne effundatur sanguis in domo tua, & sis reus labente alio, &
9 in præceps ruente. * Non seres vineam tuam altero semine, ne & sementis quam se- Leu.19.
uisti, & quæ nascuntur ex vinea, pariter sanc-
10 tificentur. * Non arabis in boue simul
11 & asino. * Non indueris vestimento Nu.15.d
quod ex lana linoque contextum est.
12 * Funiculos in fimbriis facies per quatuor angulos pallij tui quo operiris.
13 * Si duxerit vir vxorem, & postea odio ha-
14 buerit eam: * Quæsieritque occasiones quibus dimittat eam, obiiciens ei nomen pessimum: & dixerit, Vxorem hanc accepi, & ingressus ad eam, non inueni virginem:
15 * Tollent eam pater & mater eius, & ferent
C secum signa virginitatis eius ad seniores vrbis qui in porta sunt:
16 * Et dicet pater: Filiam meam dedi huic vxorem: quam quia odit,
17 * imponit ei nomen pessimum, vt dicat, Non inueni filiam tuam virginem: & ecce hęc sunt signa virginitatis filiæ meę. expandet vestimentum coram senioribus ciuitatis.
18 * Apprehendentque senes vrbis illius virum, & verberabunt illum:
19 * Condemnantes insuper centum sicli s argenti, quos dabit patri puellæ, quoniam diffamauit nomen pessimum super virginem Israel: habebitque eam vxorem, & non poterit dimittere omnibus diebus vitæ suæ.
20 * Quod si verum est quod obiicit, & non est in puella inuenta virginitas:
21 * Eiicient eam extra fores domus patris sui, & lapidibus obruent viri ciuitatis illius, & morietur: quoniam fecit nefas in Israel, vt fornicaretur in domo patris sui: & auferes malum de medio tui. Leu.20.b
22 * Si dormierit vir cum vxore alterius, vterque morietur, id est, adulter & adultera. & auferes malum de Israel.

תרגום אונקלוס

7 שַׁלָּחָא תְּשַׁלַּח יָת אִמָּא וְיָת בְּנַיָּא תִּסַּב לָךְ בְּדִיל דְּיֵיטַב לָךְ וְתוֹרִיךְ יוֹמִין׃ 8 אֲרֵי תִבְנֵי בֵּיתָא חַדְתָא וְתַעְבֵּיד תְּקָא לְאִגָּרָךְ וְלָא תְשַׁוֵּי
חוֹבָת קְטוֹל בְּבֵיתָךְ אֲרֵי יִפּוֹל דְּנָפֵיל מִינֵּהּ׃ 9 לָא תִזְרַע כַּרְמָךְ עֵירוּבִין דִּלְמָא תִסְתָּאַב דְּמֵעֵת זַרְעָא דְּתִזְרַע וְעַלַּלַת כַּרְמָא׃ 10 לָא תִרְדֵּי
בְּתוֹרָא וּבְחֵמְרָא כַּחֲדָא׃ 11 לָא תִלְבַּשׁ שַׁעַטְנָזָא עֲמַר וְכִיתָן מְחוּבָּר כַּחֲדָא׃ 12 כְּרוֹסְפְּדִין תַּעֲבֵיד לָךְ עַל אַרְבַּע כַּנְפֵי כְסוּתָךְ דְּתִתְכַּסֵּי בָּהּ׃
13 אֲרֵי יִסַּב גְּבַר אִתְּתָא וְיֵעוֹל לְוָתָהּ וְיִסְנִינַהּ׃ 14 וְיִשְׁוֵי לָהּ תַּסְקוֹפֵי מִלִּין וְיַפֵּק עֲלַהּ שׁוּם בִּישׁ וְיֵימַר יָת אִתְּתָא הָדָא נְסֵבִית וּקְרֵיבִית
לְוָתָהּ וְלָא אַשְׁכְּחִית לָהּ בְּתוּלִין׃ 15 וְיִסַּב אֲבוּהָא דְּעָלֵימְתָא וְאִמַּהּ וְיַפְּקוּן יָת בְּתוּלֵי עָלֵימְתָא לְקֳדָם סָבֵי קִרְתָא לְתָרַע בֵּית דִּין אַתְרָא׃
16 וְיֵימַר אֲבוּהָא דְעָלֵימְתָא לְסָבַיָּא יָת בְּרָתִי יְהֵבִית לְגַבְרָא הָדֵין לְאִנְתוּ וְסְנִינָהּ׃ 17 וְהָא הוּא שַׁוִּי תַּסְקוֹפֵי מִלִּין לְמֵימַר לָא אַשְׁכְּחִית לִבְרָתָךְ
בְּתוּלִין וְאִלֵּין בְּתוּלֵי בְרָתִי וְיַפְרְשׂוּן שׁוּשִׁיפָא קֳדָם סָבֵי קִרְתָא׃ 18 וְיִסְבּוּן סָבֵי קִרְתָא הַהוּא יָת גַּבְרָא וְיִלְקוּן יָתֵיהּ׃
19 וְיִגְבּוּן יְהֵי מְאָה סִלְעִין דְּכְסָף וְיִתְּנוּן לַאֲבוּהָא דְּעָלֵימְתָא אֲרֵי אַפֵּיק שׁוּם בִּישׁ עַל בְּתוּלְתָא דְּיִשְׂרָאֵל וְלֵיהּ תְּהֵי לְאִנְתּוּ לֵית לֵיהּ רְשׁוּ לְמִפְטְרָהּ כָּל
יוֹמוֹהִי׃ 20 וְאִם קְשְׁטָא הֲוָה פִּתְגָמָא הָדֵין לָא אִשְׁתְּכַחוּ בְּתוּלִין לְעָלֵימְתָא׃ 21 וְיַפְּקוּן יָת
עָלֵימְתָא לְתָרַע בֵּית אֲבוּהָא וְיִרְגְּמוּנָהּ אֱנָשֵׁי קִרְתָהּ בְּאַבְנַיָּא וְיָמוּת אֲרֵי עַבְדַת קְלָנָא בְּיִשְׂרָאֵל לְזַנָּאָה בֵּית אֲבוּהָא וּתְפַלֵּי עֲבִיד דְּבִישׁ
מִבֵּינָךְ׃ 22 אֲרֵי יִשְׁתְּכַח גְּבַר דְּיִשְׁכַּב עִם אִתְּתָא אִתַּת גְּבַר וְיִמּוּתוּן אַף תַּרְוֵיהוֹן גַּבְרָא דְּיִשְׁכַּב עִם אִתְּתָא וְאִתְּתָא וּתְפַלֵּי
עֲבִיד דְּבִישׁ מִיִּשְׂרָאֵל׃

* *Dimiſsione dimittes matrem; at filios tenebis* 7
tibi, vt bene tibi ſit, & longæuus eris.

* *Si autem ædificaueris domum nouam, &* 8
facies coronam domui tuæ, et non facies cædem in domo tua, ſi ceciderit cadens ab ea.

* *Non ſeminabis vineam tuam diuerſo ſemine,* 9
vt ne ſanctificetur fructus & ſemen, quod ſeminaueris, cum fructu vineæ tuæ.

* *Non arabis in boue & aſino in idipſum.* 10

* *Non indueris adulterata veſte, lana & lino in* 11
idipſum.

* *Funiculos facies tibi in quatuor fimbriis ve-* 12
ſtium tuarum, quibus operiris in ipſis.

* *Si autem quis duxerit vxorem, & cohabita-* 13
uerit cum ea, & odio habuerit eam:

* *Et impoſuerit illi occaſionarios ſermones, et ob-* 14
iecerit ei nomen malum, & dixerit: Vxorem hanc accepi, & ingreſſus ad eam, non inueni eius virginitatem:

* *Et tollens pater puellæ & mater ferent virgi-* 15
nitatem puellæ ad ſenatum ad portam:

* *Et dicet pater puellæ ſenatui: Filiam meã hanc* 16
dedi homini huic vxorem: & odio habens eam ipſe,

* *nunc imponit ei occaſionarios ſermones, dicens:* 17
Non inueni filiæ tuæ virginitatem: & hæc virginitas filiæ meæ. & expandent veſtem coram ſenatu ciuitatis.

* *Et apprehendet ſenatus vrbis illius hominem* 18
illum, & corripient illum:

* *Et condemnabunt illum centum ſiclis: & da-* 19
bunt patri puellæ; quoniam diffamauit nomen malum ſuper virginem Iſraeliticam: et illius erit vxor; non poterit dimittere eam omni tempore.

* *Si autem in veritate fuerit ſermo hic, & non* 20
inuenta ſit virginitas puellæ; * *Et eijcient* 21
puellam ad fores domus patris eius, & lapidabunt eam viri ciuitatis illius in lapidibus, & morietur: quoniam fecit nefas in filiis Iſrael, vt fornicariam faceret domum patris ſui. & auferetis malum ex vobis ipſis.

* *Si autem inuentus fuerit homo dormiens cum* 22
muliere maritata viro, occidetis vtrumque, virum dormientem cum vxore, & vxorem: & auferetis malum ex Iſrael.

7 * ἀποστολὴν ἀποστελεῖς τὴν μητέρα, τὰ δὲ παιδία λήψῃ σεαυτῷ, ἵνα σοὶ γένηται καὶ πολυήμερον ἔσῃ.

8 * ἐὰν δὲ οἰκοδομήσεις οἰκίαν καινὴν, καὶ ποιήσεις στέφανον τῷ δώματί σου, καὶ οὐ ποιήσεις φόνον ἐν τῇ οἰκίᾳ σου, ἐὰν πέσῃ ὁ πεσὼν ἀπ' αὐτοῦ.

9 * οὐ καταφυτεύσεις τὸν ἀμπελῶνά σου διάφορον, ἵνα μὴ ἁγιασθῇ τὸ γένημα καὶ τὸ σπέρμα, ὃ ἂν σπείρῃς, μετὰ τοῦ γενήματος τοῦ ἀμπελῶνός σου.

10 * οὐκ ἀροτριάσεις ἐν μόχῳ καὶ ὄνῳ ἅμα τὸ αὐτό.

11 * οὐκ ἐνδύσῃ κίβδηλον, ἔριον καὶ λίνον ἅμα τὸ αὐτό.

12 * στρεπτὰ ποιήσεις σεαυτῷ ἐπὶ τῶν τεσσάρων κρασπέδων τῶν περιβολαίων σου, ἃ ἂν περιβάλῃ ἐν αὐτοῖς.

13 * ἐὰν δέ τις λάβῃ γυναῖκα καὶ συνοικήσῃ αὐτῇ, καὶ μισήσῃ αὐτὴν

14 * καὶ ἐπιθῇ αὐτῇ προφασικοὺς λόγους, καὶ κατενέγκῃ αὐτῇ ὄνομα πονηρόν, καὶ λέγῃ, Τὴν γυναῖκα ταύτην εἴληφα, καὶ προσελθὼν αὐτῇ οὐχ εὕρηκα αὐτῆς παρθενίαν·

15 * καὶ λαβὼν ὁ πατὴρ τοῦ παιδὸς καὶ ἡ μήτηρ ἐξοίσουσι τὰ παρθενεύματα τοῦ παιδὸς πρὸς τοὺς γέροντας ἐπὶ τὴν πύλην·

16 * καὶ ἐρεῖ ὁ πατὴρ τῆς παιδὸς τοῖς γέρουσιν, τὴν θυγατέρα μου ταύτην δέδωκα τῷ ἀνθρώπῳ τούτῳ γυναῖκα, καὶ μισήσας αὐτὴν αὐτός,

17 * νῦν ἐπιτίθησιν αὐτῇ προφασικοὺς λόγους, λέγων, οὐχ εὕρηκα τῇ θυγατρί σου παρθενίαν, καὶ ταῦτα τὰ παρθενεύματα τῆς θυγατρός μου· καὶ ἀναπτύξουσι τὸ ἱμάτιον ἔναντι τῶν γερόντων τῆς πόλεως.

18 * καὶ λήψεται ἡ γερουσία τῆς πόλεως ἐκείνης τὸν ἄνθρωπον ἐκεῖνον, καὶ παιδεύσουσιν αὐτόν·

19 * καὶ ζημιώσουσιν αὐτὸν ἑκατὸν σίκλοις, καὶ δώσουσι τῷ πατρὶ τῆς νεανίδος, ὅτι ἐξήνεγκεν ὄνομα πονηρὸν ἐπὶ παρθένον ἰσραηλίτιν. καὶ αὐτὴ ἔσται γυνή· δυνήσεται οὐκ ἐξαποστεῖλαι

20 αὐτὴν τὰς ἡμέρας τοῦ χρόνου. * ἐὰν δὲ ἐπ' ἀληθείας γένηται ὁ

21 λόγος οὗτος, καὶ μὴ εὑρεθῇ παρθενία τῇ νεανίδι· * καὶ ἐξάξουσιν τὴν νεανίν ἐπὶ τὰς θύρας οἴκου τοῦ πατρὸς αὐτῆς, καὶ λιθοβολήσουσιν αὐτὴν οἱ ἄνδρες τῆς πόλεως αὐτῆς ἐν λίθοις, καὶ ἀποθανεῖται, ὅτι ἐποίησεν ἀφροσύνην ἐν υἱοῖς ἰσραήλ, ἐκπορνεῦσαι τὸν οἶκον τοῦ πατρὸς αὐτῆς. καὶ ἐξαρεῖτε τὸ πονηρὸν ἐξ

22 ὑμῶν αὐτῶν. * ἐὰν δὲ εὑρεθῇ ἄνθρωπος κοιμώμενος μετὰ γυναικὸς συνωκισμένης ἀνδρί, ἀποκτενεῖτε ἀμφοτέρους, τὸν ἄνδρα τὸν κοιμώμενον μετὰ τῆς γυναικός, καὶ τὴν γυναῖκα· καὶ ἐξαρεῖτε τὸ πονηρὸν ἐξ ἰσραήλ.

CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

7 Sed dimittens dimittes matrem, & filios tolles tibi, vt bene ſit tibi, & prolongentur dies tui.
8 Si ædificaueris domum nouam, facies murum tecti tui: & non pones reatum occiſionis in domo tua, ſi ceciderit aliquis cadens ex eo.
9 Non ſeminabis vineam tuam mixtis ſeminibus, ne fortè polluatur quod producitur ex ſemente quam ſeminaſti & fructus vineæ.
10 Non arabis cum boue & aſino ſimul. 11 Non indueris veſtimento quod ex lana & lino confectum ſit.
12 Funiculos facies tibi ſuper quatuor angulos veſtimenti tui quo operiris. 13 Si acceperit vir vxorem, & ingreſſus fuerit ad eam, & odio habuerit eam: 14 Et impoſuerit ei occaſiones verborum, & protulerit de ea nomen peſſimum, & dixerit: Mulierem iſtam accepi, & acceſſi ad eam, & non inueni eam virginem: 15 Tollet pater puellæ & mater eius, & educent ſigna virginitatis puellæ coram ſenioribus ciuitatis in porta domus iudicij illius loci. 16 Et dicet pater puellæ ſenioribus: Filiam meam dedi huic viro in vxorem, & odit eam: 17 Et ecce ipſe poſuit occaſiones verborum, dicens: Non inueni virginitatem filiæ tuæ: & hæc ſunt ſigna virginitatis filiæ meæ; & expandent ſindonem coram ſenioribus ciuitatis. 18 Et tollent ſeniores ciuitatis illius virum, & verberabunt illum.
19 Et mulctabunt eum centum ſiclis argenti, & dabunt patri puellæ, quia produxit nomen peſſimum ſuper filiam Iſrael: & erit ei in vxorem: non habebit poteſtatem dimittendi eam omnibus diebus vitæ ſuæ. 20 Et ſi verum eſt verbum hoc, & non eſt inuenta virginitas in puella, 21 Educent puellam ad portam domus iudicij patris ſui, & lapidabunt eam homines ciuitatis illius lapidibus, vt moriatur: quia fecit ignominiam in Iſrael, vt fornicaretur in domo patris ſui: & auferes facientem quod malum eſt de medio tui.
22 Si inuentus fuerit vir qui dormierit cum vxore alterius, morientur ambo, id eſt vir qui dormiuit cum muliere, & mulier: & auferes facientem quod malum eſt ab Iſrael.

23 כִּי יִהְיֶה נַעַר בְּתוּלָה מְאֹרָשָׂה לְאִישׁ וּמְצָאָהּ אִישׁ
24 בָּעִיר וְשָׁכַב עִמָּהּ׃ * וְהוֹצֵאתֶם אֶת־שְׁנֵיהֶם אֶל־
שַׁעַר הָעִיר הַהִוא וּסְקַלְתֶּם אֹתָם בָּאֲבָנִים וָמֵתוּ אֶת־
הַנַּעַר עַל־דְּבַר אֲשֶׁר לֹא־צָעֲקָה בָּעִיר וְאֶת־הָאִישׁ
עַל־דְּבַר אֲשֶׁר־עִנָּה אֶת־אֵשֶׁת רֵעֵהוּ וּבִעַרְתָּ הָרָע
25 מִקִּרְבֶּךָ׃ * וְאִם־בַּשָּׂדֶה יִמְצָא הָאִישׁ
אֶת־הַנַּעֲרָ הַמְאֹרָשָׂה וְהֶחֱזִיק־בָּהּ הָאִישׁ וְשָׁכַב עִמָּהּ
26 וּמֵת הָאִישׁ אֲשֶׁר־שָׁכַב עִמָּהּ לְבַדּוֹ׃ * וְלַנַּעֲרָ לֹא־
תַעֲשֶׂה דָבָר אֵין לַנַּעֲרָ חֵטְא מָוֶת כִּי כַּאֲשֶׁר יָקוּם אִישׁ
27 עַל־רֵעֵהוּ וּרְצָחוֹ נֶפֶשׁ כֵּן הַדָּבָר הַזֶּה׃ * כִּי בַשָּׂדֶה
מְצָאָהּ צָעֲקָה הַנַּעֲרָ הַמְאֹרָשָׂה וְאֵין מוֹשִׁיעַ לָהּ׃
28 * כִּי־יִמְצָא אִישׁ נַעֲרָ בְתוּלָה אֲשֶׁר לֹא־אֹרָשָׂה
29 וּתְפָשָׂהּ וְשָׁכַב עִמָּהּ וְנִמְצָאוּ׃ * וְנָתַן הָאִישׁ הַשֹּׁכֵב
עִמָּהּ לַאֲבִי הַנַּעֲרָ חֲמִשִּׁים כֶּסֶף וְלוֹ־תִהְיֶה לְאִשָּׁה
תַּחַת אֲשֶׁר עִנָּהּ לֹא־יוּכַל שַׁלְּחָהּ כָּל־יָמָיו׃
30 * לֹא־יִקַּח אִישׁ אֶת־אֵשֶׁת אָבִיו וְלֹא יְגַלֶּה
כְּנַף אָבִיו׃

כג

1 * לֹא־יָבֹא פְצוּעַ־דַּכָּא וּכְרוּת שָׁפְכָה
2 בִּקְהַל יְהוָה׃ * לֹא־יָבֹא מַמְזֵר בִּקְהַל
יְהוָה גַּם דּוֹר עֲשִׂירִי לֹא־יָבֹא לוֹ בִּקְהַל יְהוָה׃
3 * לֹא־יָבֹא עַמּוֹנִי וּמוֹאָבִי בִּקְהַל יְהוָה גַּם
דּוֹר עֲשִׂירִי לֹא־יָבֹא לָהֶם בִּקְהַל יְהוָה עַד־עוֹלָם׃
4 * עַל־דְּבַר אֲשֶׁר לֹא־קִדְּמוּ אֶתְכֶם בַּלֶּחֶם וּבַמָּיִם
בַּדֶּרֶךְ בְּצֵאתְכֶם מִמִּצְרָיִם וַאֲשֶׁר שָׂכַר עָלֶיךָ אֶת־
בִּלְעָם בֶּן־בְּעוֹר מִפְּתוֹר אֲרַם נַהֲרַיִם לְקַלְלֶךָּ׃
5 * וְלֹא־אָבָה יְהוָה אֱלֹהֶיךָ לִשְׁמֹעַ אֶל־בִּלְעָם וַיַּהֲפֹךְ
יְהוָה אֱלֹהֶיךָ לְךָ אֶת־הַקְּלָלָה לִבְרָכָה כִּי אֲהֵבְךָ יְהוָה
6 אֱלֹהֶיךָ׃ * לֹא־תִדְרֹשׁ שְׁלֹמָם וְטֹבָתָם כָּל־יָמֶיךָ
לְעוֹלָם׃

23 * Si puellam virginem desponderit vir, & inuenerit eam aliquis in ciuitate, & concubuerit cum ea;

24 *Educes vtrumque ad portam ciuitatis illius,& lapidibus obruentur: puella,quia non clamauit cùm esset in ciuitate; vir,quia humiliauit vxorem proximi sui: & auferes malum
25 de medio tui. * Sin autem in agro reperit vir puellam quæ desponsata est, & apprehendens concubuerit cum ea, ipse morietur
26 solus: * Puella nihil patietur: nec est rea mortis,quoniam sicut latro consurgit contra fratrem suum, & occidit animam eius, ita & puella perpessa est.

27 * Sola erat in agro: clamauit,& nullus affuit qui liberaret eam.

28 * Si inuenerit vir puellam virginem quæ non habet sponsum, & apprehendens concubuerit cum illa,& res ad iudicium venerit,

29 * Dabit qui dormiuit cum ea,patri puellæ quinquaginta siclos argenti: & habebit eam vxorem, quia humiliauit illam. non poterit dimittere eam cunctis diebus vitæ suæ.

30 * Non accipiet homo vxorem patris sui, nec reuelabit operimentum eius.

CAP. XXIII.

1 NOn intrabit eunuchus attritis vel amputatis testiculis & abscisо veretro ecclesiam Domini.

2 * Non ingredietur manzer,hoc est de scorto natus, in ecclesiam Domini, vsq; ad decimam generationem.

3 * Ammonites & Moabites etiam post decimam generationem non intrabunt ecclesía
4 Domini in æternum: * Quia noluerunt vobis occurrere cum pane & aqua in via quãdo egressi estis de Ægypto: & quia conduxerunt contra te Balaam filium Beor de Mesopotamia Syriæ, vt malediceret tibi.

5 * Et noluit dominus Deus tuus audire Balaam: vertitque maledictionem eius in benedictionem tuam,eo quòd diligeret te.

6 * Non facies cum eis pacem, nec quæras eis bona cunctis diebus vitæ tuæ in sempiternũ.

תרגום אונקלוס

23 אֲרֵי יְהֵי עֻלֵּימְתָּא בְתוּלְתָּא דְמֵאֲרְסָא לְגֶבֶר וְיַשְׁכְּחַהּ גַּבְרָא בְּקִרְתָּא וְיִשְׁכַּב עִמָּהּ׃ 24 וְתַפְּקוּן יָת תַּרְוֵיהוֹן לְתָרַע קִרְתָּא הַהִיא
וְתִרְגְּמוּן יָתְהוֹן בְּאַבְנַיָּא וְיִמוּתוּן יָת עֻלֵּימְתָּא עַל עֵיסָק דְּלָא צְוָחַת בְּקִרְתָּא וְיָת גַּבְרָא עַל עֵיסָק דְּעַנִּי יָת אִתַּת חַבְרֵיהּ וּתְפַלֵּי עֲבִיד דְּבִישׁ מִבֵּינָךְ׃
25 וְאִם בְּחַקְלָא יַשְׁכַּח גְּבַר יָת עֻלֵּימְתָּא דְמֵאֲרְסָא וְיִתְקֵף בַּהּ גַּבְרָא וְיִשְׁכַּב עִמָּהּ בְּלִחוֹדוֹהִי׃ 26 וּלְעֻלֵּימְתָּא לָא
תַּעֲבִיד מִדְעַם לֵית לְעֻלֵּימְתָּא חוֹבַת דִּין דְּקְטוֹל אֲרֵי כְּמָא דְיָקוּם גְּבַר עַל חַבְרֵיהּ וְיִקְטְלִנֵּיהּ נַפְשׁ כֵּן פִּתְגָמָא הָדֵין׃ 27 אֲרֵי בְּחַקְלָא אַשְׁכְּחַהּ צְוָחַת
עֻלֵּימְתָּא דְמֵאֲרְסָא וְלֵית דְּפָרִיק לַהּ׃ 28 אֲרֵי יַשְׁכַּח גְּבַר עֻלֵּימְתָּא בְתוּלְתָּא דִּי לָא מְאֹרְסָא וְיִתְחַדְּנַהּ וְיִשְׁכַּב עִמָּהּ וְיִשְׁתַּכְּחוּן׃ 29 וְיִתֵּן גַּבְרָא
דְּשָׁכַב עִמָּהּ לַאֲבוּהָא דְעֻלֵּימְתָּא חֲמִשִּׁין סִלְעִין דִּכְסַף וְלֵיהּ תְּהֵי לְאִינְתּוּ חֲלַף דְּעַנְיַהּ לֵית לֵיהּ רְשׁוּ לְמִפְטְרַהּ כָּל יוֹמוֹהִי׃ 30 לָא יִסַּב גְּבַר יָת אִתַּת
אֲבוּהִי וְלָא יְגַלֵּי כְּנָפָא דַּאֲבוּהִי׃

כג

1 לָא יִקְרֵב דְּפָסִיק וְדִמְחַבַּל וְדִגְזִיר דְּמִשְׁתַּלַּף לְמֵעַל בִּקְהָלָא דַיְיָ׃ 2 לָא
יִקְרֵב מַמְזֵרָא לְמֵעַל בִּקְהָלָא דַיְיָ אַף דָּרָא עֲשִׂירָאָה לָא יִקְרֵב לְהוֹן לְמֵעַל בִּקְהָלָא דַיְיָ׃ 3 לָא יִקְרְבוּן עַמּוֹנָאֵי וּמוֹאָבָאֵי לְמֵעַל בִּקְהָלָא דַיְיָ אַף דָּרָא
עֲשִׂירָאָה לָא יִקְרְבוּן לְהוֹן לְמֵעַל בִּקְהָלָא דַיְיָ עַד עָלְמָא׃ 4 עַל עֵיסָק דְּלָא עַרְעוּ יַתְכוֹן בְּלַחְמָא וּבְמַיָּא בְּאָרְחָא בְּמִפַּקְכוֹן מִמִּצְרַיִם וְדִי אַגַּר עֲלָךְ
יָת בִּלְעָם בַּר בְּעוֹר מִפְּתוֹר אֲרָם דְּעַל לַלַּטָּיוּתָךְ׃ 5 וְלָא אֲבִי יְיָ אֱלָהָךְ לְקַבָּלָא מִן בִּלְעָם וַהֲפַךְ יְיָ אֱלָהָךְ לָךְ יָת לְוָטַיָּא לִבְרִכְתָּא אֲרֵי רַחִימָךְ
יְיָ אֱלָהָךְ׃ 6 לָא תְּבַע שְׁלָמְהוֹן וְטָבְתְּהוֹן כָּל יוֹמָךְ לְעָלַם׃

* *Si autem fuerit puella virgo desponsata viro,* 23
& inueniens eam homo in ciuitate dormierit cum ea:

* *Educetis vtrumque ad portam ciuitatis eo-* 24
rum,& lapidabuntur in lapidibus,& morientur. puellam, quia non clamauit in ciuitate: & hominem,quia humiliauit vxorem proximi sui: & auferetis malum ex vobis ipsis.

Si autem in agro repererit homo puellã desponsatam, 25
& vim inferens dormierit cum ea, occidetis hominem dormientem cum ea solùm:

* *At puellæ facietis nihil: non est puellæ peccatum* 26
mortis. quoniam sicut si quis insurgat homo contra proximum suum, & occiderit eius animam,sic res hæc:

* *Quoniam in agro inuenit eam: clamauit puella* 27
desponsata,& qui auxiliaretur non erat illi.

* *Si autem quis inuenerit puellam virginẽ, quæ* 28
non desponsata est, & vim faciens illi dormierit cum ea, & inuentus fuerit;

* *Dabit homo qui dormiuit cum ea, patri puel-* 29
læ quinquaginta siclos argenti: & eius erit vxor, quia humiliauit eam: non poterit dimittere eam omni tempore.

* *Non accipiet homo vxorem patris sui,& non* 30
reuelabit operimentum patris sui.

CAP. XXIII.

NOn intrabit eunuchus & amputatus in eccle- 1
siam Domini. *Non ingredietur de scorto na-* 2
tus in ecclesiam Domini vsque ad decimam generationem. * *Non intrabit Ammonites & Moa-* 3
bites in ecclesiam Domini, & vsque ad decimam generationem non intrabit in ecclesiam Domini, & vsque in æternum: * *Quia non occurrerunt ipsi* 4
vobis cum panibus & aqua in via, egredientibus vobis ex Ægypto: & quia conduxerunt contra te Balaam filium Beor ex Mesopotamia Syriæ, vt malediceret tibi.

* *Et non voluit dominus Deus tuus exaudire* 5
Balaam: & vertit dominus Deus tuus maledictiones in benedictiones; quoniam dilexit te dominus Deus tuus.

* *Non dices pacifica illis, & quæ vtilia* 6
sunt illis cunctis diebus tuis in sempiternum.

23 * ἐὰν δ' γήνται παῖς παρθένος μεμνησδυμμένη ἀνδρὶ, καὶ ἴδῃ αὐτὴν ἀνὴρ ἄλλος ἐν πόλει, καὶ κοιμηθῇ μετ' αὐτῆς·

24 * ἐξάξετε ἀμφοτέρους ἐπὶ τὴν πύλην τῆς πόλεως αὐτῶν, καὶ λιθοβοληθήσονται ἐν λίθοις, καὶ ἀποθανοῦνται· τὴν μὲν παῖδα, ὅτι οὐκ ἐβόησεν ἐν τῇ πόλει· καὶ τὸν ἄνδρα, ὅτι ἐταπείνωσε τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον αὐτοῦ· καὶ ἐξαρεῖτε τὸ πονηρὸν ἐξ ὑμῶν αὐτῶν.

25 * ἐὰν δ' ἐν πεδίῳ ἴδῃ ἀνὴρ ἄνδρα τὴν παῖδα τὴν μεμνησδυμμένην, καὶ βιασάμενος κοιμηθῇ μετ' αὐτῆς, ἀποκτενεῖτε τὸν ἄνδρα τὸν κοιμώμενον μετ' αὐτῆς μόνον·

26 * τῇ δὲ νεανίδι οὐ ποιήσετε οὐδέν· οὐκ ἔστι τῇ νεανίδι ἁμάρτημα θανάτου· ὅτι ὡς εἴ τις ἐπανίστηται ἄνδρα τὸν πλησίον αὐτοῦ, καὶ φονεύσῃ αὐτὸν ψυχήν, οὕτως τὸ πρᾶγμα τοῦτο·

27 * ὅτι ἐν τῷ ἀγρῷ εὗρεν αὐτήν, ἐβόησεν ἡ νεανὶς ἡ μεμνησδυμένη, καὶ ὁ βοηθήσων οὐκ ἦν αὐτῇ.

28 * ἐὰν δέ τις εὕρῃ τὴν παῖδα τὴν παρθένον, ἥτις οὐ μεμνήστευται, καὶ βιασάμενος αὐτὴν, κοιμηθῇ μετ' αὐτῆς, καὶ εὑρεθῇ,

29 * δώσει ὁ ἄνδρα ὁ κοιμηθεὶς μετ' αὐτῆς τῷ πατρὶ τῆς νεανίδος πεντήκοντα δίδραχμα ἀργυρίου, καὶ αὐτὴ ἔσται γυνή, ἀνθ' ὧν ἐταπείνωσεν αὐτήν· οὐ δυνήσεται ἐξαποστεῖλαι αὐτὴν τὸν ἅπαντα χρόνον.

30 * οὐ λήψεται ἄνθρωπος τὴν γυναῖκα τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἀνακαλύψει συγκάλυμμα τοῦ πατρὸς αὐτοῦ.

κγ'.

1 * Οὐκ εἰσελεύσεται θλασίας καὶ ἀποκεκομμένος εἰς ἐκκλησίαν κυρίου.

2 * οὐκ εἰσελεύσεται νόθος εἰς ἐκκλησίαν κυρίου· καὶ ἕως δεκάτης γενεᾶς οὐκ εἰσελεύσεται εἰς ἐκκλησίαν κυρίου, καὶ ἕως εἰς τὸν αἰῶνα·

3 * οὐκ εἰσελεύσεται Ἀμμανίτης καὶ Μωαβίτης εἰς ἐκκλησίαν κυρίου, καὶ ἕως δεκάτης γενεᾶς οὐκ εἰσελεύσεται εἰς ἐκκλησίαν κυρίου, καὶ ἕως εἰς τὸν αἰῶνα·

4 * ἀνθ' ὧν οὐκ ὑπήντησαν ὑμῖν μετὰ ἄρτων καὶ ὕδατος ἐν τῇ ὁδῷ, ἐκπορευομένων ὑμῶν ἐξ Αἰγύπτου, καὶ ὅτι ἐμισθώσαντο ἐπὶ σὲ τὸν Βαλαὰμ υἱὸν Βεὼρ ἐκ τῆς Μεσοποταμίας Συρίας, καταράσασθαί σε·

5 * καὶ οὐκ ἠθέλησε κύριος ὁ θεός σου εἰσακοῦσαι τοῦ Βαλαάμ, καὶ μετέστρεψε κύριος ὁ θεός σου τὰς καταράς εἰς εὐλογίας, ὅτι ἠγάπησέ σε κύριος ὁ θεός σου.

6 * οὐ προσαπορύσεις εἰρηνικὰ αὐτοῖς, καὶ συμφέροντα αὐτοῖς πάσας τὰς ἡμέρας σου εἰς τὸν αἰῶνα.

CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

